BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
151
E
15
NAPOLI

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
151
E
15 16
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

151 E 15-16

CHRISTOPHORI THEOPHILI DE MVRR

MEMORABILIA

BIBLIOTHECARVM

PVBLICARVM

NORIMBERGENSIVM

ET

VNIVERSITATIS ALTDORFINAE.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

PARS I.

CVM VIII TABVLIS AENEIS.

NORIMBERGAE,
SVMTIBVS IOHANNIS HOESCHII.
M. DCC. LXXXVI.

Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO NOBILISSIMOQVE VIRO

PHILIPPO COMITI DE STANHOPE.

Dabis ueniam, ILLVSTRISSIME COMES, librum iſtum TIBI dicandi, ut ſit meae erga TE obſeruantiae teſtimonium. Ea ſane eſt bonitas TVA, is candor animi, quem iam in litteris TVIS mirifica humanitate declaraſti,

quum

Digitized by Google

quum Tibi conſilium meum de edenda Bibliotheca mathematica uniuerſali expoſuiſſem, ut confidere mihi liceat, iſtud opuſculum, quod praeter res litterarias, Regiomontani epiſtolas; nunc primum a me ex autographo editas, continet, Tibi haud fore diſpliciturum, Tibi, inquam, Comes Ervditissime, qui omnis litteraturae amantiſſimus, omnia beneuole excipere ſoles, quibus rerum utilium notitia diffunditur. Semper miratus fui ſummam Tvam Scientiarum cognitionem, indefeſſum

ſtu-

ſtudium, quo in primis totum Matheſeos campum peragraſti, ſummum Tvvm erga ſublimes Scientias amorem, quo omnia Tibi commendata habuiſti, quibus praeclare nata ingenia poſſint in Matheſeos culturam ſuccendi tantorumque uirorum, qualis Regiomontanus fuit, exemplis frui. Vtinam coram animi mei Te colentis ſenſa Tibi exponere queam! Nam omnis animus rurſus in Angliam, atque adeo Londinum, anhelat. Accipe igitur, Illvstrissime Comes, quantulumcumque in me eſt ingenii atque induſtriae

litte-

litterariae, ſolita Tva beneuolentia, qua nec gratius, nec optatius quidquam mihi euenire poterit. Vale, Mvsarvm Patrone, Scientiaſque colentibus fauere perge. Quod ut diu feliciterque poſſis, a Deo optimo maximo, bonorum omnium fonte, precor ex animo. Scrib. Norimbergae, Calendis Septembribus, ƆIↃ IↃ CCLXXXVI.

PRAEFATIO.

Libri inſtitutum ſcopuſque meus ſatis patet. Pauca igitur praefanda ſunt operi, quod longe maius et operioſius experiendo reperi, quam opinione praeceperam. Grata fore, auguror, uaria celebrium uirorum chirographa, ea, qua fieri potuit, cura a me delineata. Adnexui ſubinde librorum notitiis non nulla, quae mihi ex amicorum commercio litterario patebant. Pars altera continebit Memo-

rabilia

rabilia reliquarum Bibliothecarum Rei publicae, nimirum Dilherrianae, Xenodochianae, Fenizerianae, Ebnerianae, Marpergerianae, atque Vniuerſitatis Altdorfinae ambarum, tam ueteris, quam Trewianae. Quod ſi errata deprehendes, Lector beneuole, indulge, meiſque conatibus faue.

I. BIBLIO-

I.

BIBLIOTHECA
REIPVBLICAE
NORIMBERGENSIS
IN
MONASTERIO PRAEDICATORVM.

Digitized by Google

Bibliotheca iſta primaria Reipublicae Norimbergenſis, e libris ex Coenobiis translatis orta, primum in Auditorio Aegidiano, deinde A. 1538 curantibus Hieronymo Paumgartnero, et Eraſmo Ebnero, Senatus ornamentis, in Monaſterio Praedicatorum loco ualde idoneo quidem, ſed anguſtiore, locata fuit. Accedebant A. 1592 libri Volcheri Coiteri, atque Georgii Palmae, Medicinae Doctorum, A. 1616 libri Iohannis Schelhammeri Henricique Fabricii, et A. 1620 plurimi Gabrielis Moerderi, et Bernardi Praetorii libri, iuſſu Senatus emti. Collocabantur hi theſauri litterarii in ſuperiore monaſterii Ambulacro, ita ut iam ab A. 1630 praeſentem retinuerit faciem, magna in primis Iohannis Sauberti induſtria. Multi poſtea fuere egregii uiri Antiſtites Sebaldini in adornanda iſta bibliotheca, inter quos Iohannem Michaelem Dilherrum, *) qui largitione 1000 florenorum bibliothecae acceſſiones adiuuit, Ioh. Iac. Saubertum, Ioh. Wülferum, Adamum Rudolphum Solgerum, duosque praeclaros Moerlios, Guſtauum Philippum atque Iohannem Sigismundum, nominaſſe ſufficiat.

Ioh. Sauberti Hiſtoria Bibliothecae Reip. Noribergenſis, duabus oratiunculis illuſtrata. Acceſſit catalogus librorum, proximis ab inuentione Typographiae annis usque ad A. C. 1500 editorum. Noribergae, 1643. 12. c. fig.

*) Viro huic immortali, qui animum caelo intulerat, ante quam animam inferret, quoties Chriſtophorus Arnoldus uel manu ſcriptos, uel in ultimis mundi plagis impreſſos libros daret, ut ſuae bibliothecae insereret, accepit cum gratia, et in publicam iſtam Bibliothecam locauit.

Ioh. Iac. Leibnitii inclutae Bibliothecae Norimbergenſis memorabilia. Norimb. 1674. 4. cum tabulis aen.

Monſtrauit iſtos theſauros Ioh. Saubertus A. 1645 Archiduci Auſtriae Leopoldo Guillelmo, fratri Ferdinandi III Imperatoris; Dilherrus A. 1658 eidem, Imp. Leopoldum comitanti, magno amborum applauſu. Adfuit etiam cum Sueciae Regina Chriſtina A. 1662 Bibliothecam inuiſerat. Perluſtrarunt quoque eam A. 1704 Ioſephus I et 1711 Carolus VI, diui Fratres, ut et A. 1780 Carolus Eugenius, Dux Würtembergenſis.

Olim extra portam legebatur iſta Inſcriptio:

D. O. M. S.

Illuſtris cura, ſtudioque fauente Senatus,
Heic habitant Muſae, Pallas, Hygeia, Themis.
Et Dea, Lux ueri, et Reuerentia Numinis. Hoſpes,
Paſce uolens licitis mentem, oculosque modis:
Aſt ungues cohibe: Rhamnuſia non procul, et quae
Supremum claudit Mortis imago locum.

Intus uero prope Libros hiſtoricos adhuc leguntur in Tabula ſequentes uerſus:

Pulchra quidem res eſt Mundi Sapientia Mundo,
Atque ſuae Charites concomitantur opes:
Vna ſed ante omnes omnis ſapientia caelo
Regnat, et eximium eſt, quidquid Olympus habet.

Bibliotheca iſta *ueterem* continet praecipue atque *Solgerianam.*

A.

A. BIBLIOTHECA VETVS.

I. RES NOTABILIORES.

In primo Ambulacro.

Libri philoſophici.

Supra ianuam conſpicitur Eraſmus inter Ioh. Huſs et (ni fallor) Taulerum collocatus. Pinxit magnum virum Georgius Pens, (quem Titianum noſtratem appellare ſoleo) addito titulo:

D. ERASMVS. ROTERODAMVS.
VIXIT. AN. LXX.
V ID. IVL. ANNO. MDXXXVI.
P
15 G 37.

Sequuntur imagines Chriſtophori Reichii, Ioh. Sauberti, Dilherri, *) Myhldorfii et Wülferi.

Picta tabula Cometam exhibet Anni 1663.

Abacus ligneus, pedes quatuor longus, latus tres cum dimidio, ueteris Teſtamenti chronologiam ſiſtit usque ad A. C. 45; artifice Ioh. Neudorfero ſeniore, a. 1563 de mortuo. Falſo I. I. Leibnitius in memorabilibus Bibliothecae Norimb. p. 13 eum Regiomontano attribuit.

Praegrandis Globus terreſtris diametri trium pedum norimbergenſium. Perfecit eum Bambergae 1520 Ioh. Schönerus, primus Gymnaſii Norici matheſeos profeſſor, ſumtibus Ioh. Seyleri. Leguntur ſequentes uerſus:

Hic Globus immenſum complectens partibus orbem
Atque typum teretis ſinuoſo corpore mundi

A 3 *Eſt*

*) Pinxit Rudolphus Wernfels; poſtea aeri incidit Iac. a Sandrart.

Eſt ſtudio uigili glomeratus certe duorum
Vnius impenſis: tribuit nam cuncta Ioannes
Seyler ad illius quae commoda cenſuit uſus.
Alter Ioannes Schöner multa catus arte
In Spiram hanc molem compegit arte rotundam,
Et ſuper impreſſis ſignauit ubique figuris,
Quando ſalutiferi partus numerauimus annos
Mille et quingentos et quatuor addita luſtra.

1520.

Globus terreſtris et caeleſtis, Blaeuorum.

In ſecundo Ambulacro duplici.

S. Biblia, Libri Saec. XV impreſſi, Hiſt. nat. Codices manu exarati, Libri hiſtorici. Repoſitorium Imhofianum.

Tabula Phonaſcorum A. 1522 picta.

Imagines Caroli VI, Ioſephi I, egregii anatomici Coiteri, *) Palmae, Theophraſti Paracelſi, Lutheri, Donelli, Philippi Zaſii, et aliorum.

Truncus tiliae petrefactus ingentis magnitudinis, et raritatis.

Squalus f. canis Carcharias, catulus.

Teſtudo Mydas Americ. maior et minor; tegmina.

In duobus Scriniis clauſis, inter Repoſitoria collocatis, ſiunt:

Duo Vaſcula etruſca picta, ſiue urnulae ferales? Vid. Leibnitzii Tab. I.

Duae lampades antiquae ex argilla fictae. In una legitur LVCIM (forſan *Luci meae*); in altera EXOFIVSTI. (*Ex officina Iuſti figuli?*) Leibnitz Tab. II.

Ido-

*) Aetatis ſuae 41 A. 1575.

Idolum Indicum orientale metalli mixti et incogniti. Figura parui cercopitheci. Minus recte idolum Mexicanum Vitziliputzli *) appellatur. Vultus, uti ſimiae, diſtortus eſt, pectus velut ſquamis obductum, lingua dentibus ſuſpenſa, deformia cuncta. Speculum poſt tergum. Indignum humanarum mentium ludibrium! Leibnitz Tab. IV.

Poculum uitreum Lutheri Iuſto ſuo Ionae dono datum. Litteris aureis imaginibus pictis eorum additi ſunt uerſus latini et germanici:

Dat uitrum uitreo Ionae uitrum ipſe Lutherus,
Vt uitro fragili ſimilem ſe noſcat uterque.

Dem alten Doctor Ionas, Bringt D. Luther ein ſchoen Glas,
Das lehrt ſie alle beyde fein, daſs ſie gbrechliche Glaeſer ſeyn.
Leibnitz Tab. V.

Scyphus mathematicus diametri 7. 1/2 digitorum, e metallo elegantiſſimus Chriſtiani Heiden. Interior ambitus Arcticum eiusque Zonam oſtendit, unde horrifer aquilonis ſtridor gelidas molitur niues: dein coniunctionum et oppoſitionum calamitates, tempeſtates uentorum, Lunam uel in cornua ſe curuantem, uel ſilentem, plenam, aut aequali proportione diuiſam ſiſtit. In fundo acus magnetica eſt. Altera pars ſingulorum quinque dierum ſpatium, menſes, dies feſtos et profeſtos, ipſasque horas artificioſe definit. Haec omnia orbis tegit in plano ſtellas exhibens, quod aſtrolabium alias dicimus, plena his uerſibus margine:

Et quantum aſtronomi per certa mathemata praeſtant,
Aſtrologis opus hoc quemque docere poteſt.

*) In lingua mexicana *Hoitzilopochtli*, i. e. nitens domus pennarum. Vid. Ioſ. Acoſtae Hiſt. nat. Indiae, 1591. 8. L. V. cap. 4.

Ex hoc fonte fluunt horoſcopa cuncta, figuris
Quantumuis uariet circinus illa ſuis.

Verſa facies ſcalis altimetris ſuaque fiduciae regula inſtruitur, rotulis etiam mobilibus, horis nocturnis accommodatis. Horologium e dorſo inſtar cylindri adſurgit, cauitate ſua acum includens oblongam, perpetua inquietudine mobilem, quae centro impoſiti uitri ſubiecta, horizontalem rectitudinem, et tandem ex oppoſita ſolis tenenti diei horam explicat, ad cuius ſimul pedem illud inculcatur: *Volat irreuocabile tempus.*

Dn. Hieronymo Baumgartnero. Viro omni uirtutum genere ornatiſſimo. Patrono ſuo. Chriſtianus Heiden hoc Horoſcopium. ſuarum mathematicarum operationum primitias dedicatum uoluit Anno MDLII.

Et iterum:

Clar. V. Dn. Baumgartnero Mecoenati ſuo faciebat Chriſtianus Heiden Noribergae Anno MDLII.

Leibnitz. Tab. VI, pag. 23 ſq.

Sequentia Inſtrumenta orichalcea atque deaurata confecit celeberrimus mathematicus Iohannes Praetorius Aegidio Ayrero. Emta ſunt pro iſta Bibliotheca publica A. 1675 cum Globo caeleſti infra p. 12 deſcripto.

Cubus 3. 1/3 digitorum, cui quinque horologia regularia ſecundum eleuationem poli norimbergenſem inſculptae ſunt. Accedit acus magnetica cum perpendiculo. 1562.

Globi horarii concaui dimidia pars diametri 2. 3/4 digitor. 1563.

Globus caeleſtis et terreſtris diametri 11. 1/4 digitorum, cum ſuis Cyclis horariis, quadrante mobili, Semicirculo poſi-

poſitionum, duabus pyxidibus nauticis baſibus ſuis inſidentibus, cum perpendiculo ſuprapendente. 1566.

Horologium rotundum concauum, diametri 2. 3/4 digitorum, altitudine 3/4 digit. cum acu magnetica. 1566.

Aſtrolabium diam. 1 pedis et 3. 1/2 digitorum. In parte anteriore praeter ſtellarum diſcum, tres conſpiciuntur alii, quorum prior inſeruit eleuationi polari a gradu 39 usque ad gr. 49, alter pro gradu 46 usque ad gr. 49, tertius uero pro gradu 42 usque ad gr. 55. Pars Aſtrolabii poſtica, praeter circulos lineasque ſolitas, omnia monſtrat Calendarii nomina cum ecliptica et circulo litterae dominicalis. Adeſt alius circulus pro inueſtigandis feſtis diebus mobilibus cuiuscumque anni. 1568.

Torquetum Apiani, cuius baſis quadrata eſt digitorum 6. 3/4. Figuram exhibet Petrus Apianus in Horoſcopio, et Quadrante Aſtron. Mogunt. 1535, et Ioh. Schonerus in Scriptis Iohannis Regiomontani de Torqueto, Aſtrolabio armillari, regula magna Ptolemaica etc. Norimbergae, 1544. 4. editis.

Quadrans aſtronomicus, cujus radius eſt ped. 1 digitor. 7. 1/2. Cum circulo ſolari, ſ. ecliptica, declinatione ſolis, et Horizontibus obliquis a gradu 40 usque ad 60.

Inſtrumenta orichalcea Regiomontani.

Horoſcopium paruum. *Paulo Veneto Pape II* *) *italicae pacis fundatori. Roma.*

Aſtrolabium, diametro 10 digitorum. 1468.

*) Sedit ab a. 1464 — 1471.

Aliud quinque digitorum diametri.

Aſtrolabium arabicum cupreum, diametri 6 digitorum, litteris cuficis, lineisque argenteis diſtinctum.

Emit haſce reliquias Regiomontani Senatus a. 1505 ab haeredibus Bernhardi Waltheri.

Alia Inſtrumenta mathematica.

Iohannis Werneri Aſtrolabium diametri 6 digitor. 1516.

Georgii Hartmanni Solarium, 2 digitor. in quadrato. 1523.

Quadrans elegans pro dirigendis tormentis bellicis diſplodendis. *Paulus Reinman Norimbergae facieb.* 1602.

Pes Romanus antiquus, Pariſienſis et Noricus maior atque minor.

Alia curioſa in hisce Scriniis adſeruata.

D. Martini Lutheri mitrula e panno attalico nigro, qua uſus fuit uir immortalis, dum in caſtro Ehrenburg Coburgi 1530 ſub nomine Grubogk degebat. Reperiebatur iſta mitrula a. 1721 in quadam ciſta obſerata. Eodem anno M. Ioh. Gottlieb Roſsler, Concionator Aulicus Coburgenſis, illam Bibliothecae huic publicae dicauit.

Folium palmae litteris malabaricis graphio inſcriptum.

Annulus trinitarius ligneus. Vid. Molleri diſſ. de annulo trinitario. Altdorfii, 1701. 4. Inuentor horum annulorum fuit P. Scherer, e Societate Ieſu Ingolſtad. *Kurze doch gründliche Nachricht von den ſo genannten Dreyfaltigkeits-Ringen. Von Technophilo*, 1709. 8.

For-

Forma minuta curriculi Farfleriani, (uid. pag. 13) a Wagenſcilio donata.

Varia petrefacta.

Varii calculi ueſicae. Adiacet libellus: Λιθογενεσιας humanae ſpecimen, binis epiſtolis Sigismundi Rex 1681 et 1685 ad illuſtrem Anglorum Societatem Regiam. 1689. 12.

Forma cerea calculi ueſicae ponderis 10 unciarum Ioh. Sauberti, († 1646) qui adſeruatur in Technophylacio Gothano.

Calculus ueſicae Holmiae extractus e Georgio Maiero 7 Nou. 1648, pondere 16 unciarum. In theca argentea. Leibnitz, Tab. III.

Aliquot ligna permagna, quibus forma crucis innata eſſe uidetur.

Delineationes, icones aeri inciſae, et narrationes de duobus monſtris, humano atque uitulino.

Ciſtula reliquiarum, quas Ioh. Mich. Mendlinus A. 1661 Halebo (Aleppo) miſit.

Duo ueſtimenta turcica, quae Ioh. Iac. Kiene, Elblingenſis, M. D. A. 1683 d. 18 Oct. una cum Corano arabico paruo (de quo inter Manuſcripta arabica dicetur) et nitide ſcripto, Bibliothecae Noricae, ſoluto pretio 24 Imperialium, uendidit. Erant pars praedae Caſtrorum turcicorum in obſeſſione Vindobonenſi expugnatorum.

Adhaeret Repoſitorio Calendarium perpetuum, nitide ſcriptum litteris ualde minutis a Iohanne Scheutero.

In duobus aliis ſcriniis codices MSS. et ueteris Bibliothecae praeſtantiores, et Solgeriani omnes reconditi ſunt, praeter codicem hebr. V. T. Solgerianum, et Librum Machſor, de quibus ſtatim locuturus ſum.

Volu-

Volumen ſpiſſum clauſuris argenteis continet delineationes elegantiſſimas Suſannae Mariae a Sandrart, filiae Iacobi a Sandrart, chalcographi. Secundus Suſannae Mariae maritus, Wolfg. Maurit Endterus, uxore mortua a. 1716 cum effigie Bibliothecae donauit.

Aloe 26 pedes longa, quae in Horto Volcameriano A. 1726 defloruit.

Columna milliaria uniuerſae Europae faciem regnorumque in ea, et urbium ſitus ad ciuitatem Nurembergenſem collatos exhibens. Io. Ch. Volcamerus delineauit et in Viridario ſuburbano ſpectandum expoſuit. 1702. Columnae ligneae adglutinata et coloribus diſtincta.

In tertio Ambulacro.

Libri iuridici. Libri chorales praegrandes MSS.

In quarto Ambulacro duplici.

Bibliotheca Solgeriana. Libri theologici. Libri noui. Diaria. Scrinium Librorum donatorum. Repoſitorium Zeidlerianum. Scrinium librorum polonicorum, a Groellio dono miſſorum.

Nummi cuprei deaurati 250 Pontificum, a Caſp. Theoph. Lauffero donati. Vid. Franciſci Hoelbling, e Soc. Ieſu, Introductio in S. Sedis Rom. aeternam memoriam — — in numis memorialibus omnium Rom. Pontificum, cura et impenſis Caſp. Theophili Laufer. Sine loco et anno. 8. Exſtat etiam germanice.

Globus caeleſtis diametro 4 pedum Norimb. A. 1616 ab Iohanne Praetorio ad uſum Aegidii Ayreri perfectus, et a Chriſtophoro Himrich depictus, addita inſcriptione:

Stella-

Stellarum loca directa ſunt ad Annum Chriſti MDCL. et apponuntur locis Ptolemaicis gr. 21 min. 50. Alphonſinorum gr. 4. 42'. Copernici gr. 28, 30 min. Quo etiam tempore praeceſſionis Anomalia reuolutionem ſuam quaſi perfecit, et media praeceſſio apparenti unita eſt. Et ſimul minima Solis Eccentricitas, minima Zodiaci obliquitas, apogaeo ſolis in Gr. 11 Cancri haerente.

M. Iohannes Praetorius F.
Depingebat Chriſtophorus Himricus.

Emtus eſt a Senatu A. 1675 una cum Inſtrumentis aſtronomicis ſupra pag. 8 ſeq. commemoratis. Cel. Antiſtes Sebaldinus Guſtauus Philippus Moerl eum reparari curauit a Ioh. Phil. Andreae.

Imagines pictae Moſis, Ioſephi Adiuti Niniuitae Syri, 1647. Ioh. Mattheſii. Pirkheimeri 1514 cum ſigno Alb. Dureri. Sed ſignum mentitur artificem.

Stephani Farfleri, horologiorum fabri Altdorfini († 1689) curriculus artificialis. Vid. Doppelmayr von nürnberg. Mathematicis und Künſtlern, pag. 302, Tab. IV. Fig. 3.

Reliquiarium, ſ. Chalcioecon grande, auratis opertum tegulis, argenteis laminis parietibus ſuffultum, in quibus conſpiciuntur Sanctorum Sanctarumque effigies. Dedicatum fuit Capellae a. 1513 extra ciuitatem pro peſtilentia infectis, S. Sebaſtiano ſacratae, et a. 1553 dirutae. Ad quatuor latera S. Sebaſtianus collocatus eſt. In medio apparent inſignia Familiae Behaimiorum, cum litteris F. L. B. 1645 quo nimirum anno iſtud Reliquiarium Bibliothecae donatum fuit. Leibnitz, Tab. IV.

II,

II. CODICES MANVSCRIPTI.

Hebraici. In membrana.

Codex praeſtantiſſimus Veteris Teſtamenti, quem b. Solgerus poſſidebat. Sunt in forma regali ſeptem Volumina. *) In Catalogo Bibliothecae Solgerianae P. I, p. 209 minus recte ſubſcriptio et aetas huius Codicis traditur.

Deſcripſit illum et ſequentem egregie et accuratiſſime, ut ſolet, Vir celeberrimus, Ioh. Andr. Michael Nagelius, Vniuerſitatis Altdorfinae decus, in Diſſertatione de duobus Codicibus MSS. V. T. Bibliothecae publicae Norimbergenſis, cum Specimine uariae Lectionis ex quatuor **) Codicibus MSS. V. T. Altdorfii, 1769. 4.

Eiusd. Diſſ. philologica in uariantes Lectiones XXV Capitum priorum Ieremiae ex (*hisce*) duobus Codd. MSS. Hebr. deſumtas; ibid. 1772. 4.

Conf. etiam b. Maximiliani Nagelii breuis commentatio, ad Dom. Adamum Rudolphum Solgerum; ibid. 1770. 4.

Volumen I continet Geneſin, Exodum, et Leuitici capita XV, ac deſinit in uerſu 24 capitis XVI, uoce במים.

Volumen II incipit a uoce במקום Leuit. cap. XVI, u. 24 et pertinet usque ad finem Deuteronomii. Poſt Deuteronomii contextum hebraeum, chaldaeumque Onkeloſi, adeſt Targum hieroſolymitanum in Pentateuchum, quo uolumen hoc ſecundum clauditur.

Volu-

*) Poſſeſſor in compactione codicis aequalitatem uoluminum ſpectabat, quum omnia ſeptem Volumina eamdem craſſitudinem habeant.

**) Nimirum hisce duobus, et duobus (num. 117 et 120 MSS. in fol.) Bibliothecae Ebnerianae.

Volumen tertium continet Ioſuam, Iudices, duos libros Samuelis, tamquam unum librum, pro more codd. MSS. hebraicorum, exaratos; et prioris Regum capita XI, et uerſus ſeptem capitis XII. Definit autem hoc Volumen in chaldaica uoce תיתעליב uerſus ſeptimi cap. XII.

Volumen quartum orditur a uoce chaldaica לעמא citati uerſus 7 capitis XII prioris libri Regum, et praeter reliqua duorum librorum Regum, inſtar unius libri ſcriptorum, continet Ieſaiam, et Ieremiae capita XXIII, atque partem uerſus 1 capitis XXIV huius prophetae, et finitur uoce ואת ante uerbum החרש.

Volumen quintum inchoatur a uoce החרש dicti uerſus 1 capitis XXIV Ieremiae, et complectitur reliqua prophetae, Ezechielem, et duodecim prophetas minores ita exaratos, ut alter altero finito poſt ſpatium quatuor uerſuum ſiue linearum initium habeat.

Volumen ſextum continet librum Ruthae, uolumen Eſtherae, Pſalmos, et XVII capita, et undecim uerſus capitis XVIII Iobi.

Volumen ſeptimum comprehendit caetera Iobi, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Threnos, Prouerbia, Danielem; Eſram et Nehemiam, tamquam unum librum ſcriptos; ac libros chronicorum, inſtar unius libri exaratos.

Deſcribo hunc et ſequentem codicem duce Cel. Nagelio.

Manus, qua codex hic exaratus eſt, indicio eſt, ſcribam fuiſſe Italum.

Prima uox בראשית iisdem fere maximis litteris ſcripta eſt, ac in 600 annor. codice Bibliothecae Canonicorum Regula-

gularium S. Saluatoris Bononiae. In noſtro tamen codice figurae duorum draconum in elementis ב et ר, non in ipſis litterarum ductibus, ſed in ſpatio litterarum, conſpiciuntur. Sub elemento י, et in littera ת ſunt duae arbores, quae tamen figurae a recentiori manu eſſe uidentur.

Quaelibet pagina huius libri MS. ex tribus columnis conſtat, praeter Pſalmos, Iobum et Prouerbia Salomonis, qui libri duas columnas in ſingulis paginis habent.

Singulae autem columnae XXIIII uerſus ſiue lineas comprehendunt. Litterae ſunt grandes, non quidem admodum nigrae, ſed expreſſae atque elegantes. Adſunt etiam uocales et accentus eiusdem coloris ac litterae; atque accentus etiam contextui chaldaico additi ſunt.

Singulis Verſibus hebraeis ſermo chaldaicus ſtatim ſubiicitur. Prouerbia autem Salomonis uerſione aramaea hic carent, et cenſor libri uerſus dumtaxat primi Prouerbiorum uerſionem chaldaicam margini codicis adſcripſit. Neque Paralipomenis in hoc codice Targum additum eſt. Canticum Canticorum duplici interpretatione aramaea hic inſtructum eſt; quae autem utraque iam typis impreſſa exſtat.

Adornatus eſt hic codex maſora magna et parua. Magna partim ſupra contextum, partim infra eum, raro ad marginem conſpicitur. Parua pro more ad latus uerſuum et uerborum exſiſtit. Maſora magna figuris haud eſt incluſa, quod ſecundum Eliam Leuitam, maſorae longe peritiſſimum, in praefatione ſecunda libri de maſora u. 137 ſeq. argumento eſt, eam hic eſſe minus corruptam. Ab initio tamen Geneſeos ſcriba admodum grandibus litteris uocis בראשית aliquid magnae maſorae circumpoſuit, et aliam

par-

partem eius ſupra et infra uocem בראשת angulari forma exarauit.

Codicem hunc ſcripſit Schabtai, homo attentus et diligens, medico cuidam, nomine, quod nunc abeſt, Moſi, anno a nato Chriſto 1291. Loco nominis tamen Moſis, et adiuncti eius *medici*, aliud nomen ab initio adfuerit, quod ſpatium uacuum, raſura in membrana, et ſcriptura uocum *Moſis medici*, quae a reliqua clauſula diuerſa eſt, indicant. Annus autem, quo liber abſolutus eſt, nulli mutationi obnoxius fuit, ſed adhuc litteris ſuis primis ſcriptus apparet. Schabtai huic codici haec in fine adiecit:

אני שבתאי הלבלרי כתבתי זאת המקרא תרגומים לגריב
משה רפא זצ"ל וסיימתי אותה בשנת נ"א לפרט בי'
לחודש שבט בערב שבת של שירה וכשם שזכה לכו' לכותבה
ולפיימה כן יהי רצון שיזכה לכתוב ספרים הרבה לאין קץ
ולקיים מה שכתוב בהם הוא ובניו יבני בניו כל זרעו עד
סוף כל הדורות כמו שנ' לא ימושו מפוך ומפי זרעך ומפי
זרע זרעך אמר יי' מעתה ועד עולם·

h. e. *Ego Schabtai*, *) *ſcriba, ſcripſi hunc codicem biblicum cum uerſione chaldaica, uiro liberali, Moſi medico, cuius iuſti memoria ſit in benedictione, et finiui illum anno LI computationis*, (minoris, i. e. Chriſti 1291) *die decimo men-*

*) Schabtai fil. R. Iehudae, fil. R. Beniamin Kanrothu ſcribebat A. 1254 Pentateuchum cum comm. Iarchi ac Nachman; in membranaſ in Hiſpania. fol. max. Inter codd. *De-Roſſianos* quintus eſt Codex. Vid. celeberrimi uiri, amici noſtri, Variae Lect. Vet. Teſt. Parmae, 1784. 4. max. pag. XCVII.

menſis Schebat, ueſpera Sabbathi, quo canticum (maris, ſiue Paraſcha Legis XVI) *legitur. Et quemadmodum* (ſcribam Deus) *dignatus eſt, ut deſcriberet hunc* (codicem) *et abſolueret: ſic ſit beneplacitum* (eius,) *ut eum dignum habeat, qui deſcribat libros multos ſine fine, et obſeruet, quod ſcriptum eſt in illis, ipſe, et filii eius, et nepotes eius, ac omne ſemen eius usque ad finem omnium generationum; uti dictum eſt* (Ieſ. LIX, 21): *Non recedent ab ore tuo, neque ab ore ſeminis, quod ex ſemine tuo procedet, dicit Dominus, ab hoc tempore, usque in aeternum.*

Cenſores duos egregios habuit noſter Codex, Samuelem Sanuel, ex genere ſacerdotali, et Amriam, Synagogae miniſtrum.

* * *

Alter Codex biblicus hebr. in Scrinio Manuſcriptorum, in folio minori eſt, membrana pura ſcriptus, et conſtat ex duobus Voluminibus. Prius continet Pentateuchum; poſterius autem complectitur quinque libellos feſtiuales (*Megilloth*): Canticum Canticorum, Ruth, Threnos, Eccleſiaſten, et uolumen Eſtherae, quod tamen deſinit in uerſu 16 capitis IV, uoce ונערותי; Reliqua deſunt. Poſt haec ſequuntur haphtarae, ſiue lectiones propheticae, ut adeo facile appareat, hunc codicem librum ſynagogalem repraeſentare. Singulis uerſibus pentateuchi ſtatim addita eſt uerſio Onkeloſi, eaque accentibns inſtructa. Quinque autem libelli uerſione chaldaica in hoc codice carent. Contra ea quaedam haphtarae uerſionem chaldaicam ſibi adiunctam habent. Habet et hic codex punctus et accentus eiusdem nigri coloris, ac litterae ſunt. In haphtaris tamen poſtrema 24 folia

lia punctis et accentibus carent. Adiecta quoque codici eſt Maſora magna et parua; illa ſupra et infra contextum; haec ad marginem. Contextum duo commentarii cingunt.

Alter Rabbinorum, qui ſtatim ab initio commentari incipit, eſt Raſchi; alter, minus copioſus, forſan ipſe ſcriba libri, Samuel, ad uerſum demum 26 capitis primi Geneſeos explicationem ſuam orditur. Fortaſſe eſt ineditus. Neque de diuerſitate lectionis agunt; ſed ſicut ubique commentatores dogmatici. Singularis eſt lectio in Leuit. XII, 8. et XXVII, 9. Litterae contextus huius Codicis ſunt mediocris magnitudinis, ſed maſora minutis elementis exarata eſt. Scriba intelligitur ex fine pentateuchi, ubi haec leguntur litteris praegrandibus:

חזק ונתחזק ׳שמואל הסובר לא יזק
לא היום ולא לעולם עד שיעלה
חמור בסלם׃

id eſt: *Bono firmoque animo ſis* (lector!) *Samuel ſcriba non fecit, neque faciet ſiue hodie, ſiue umquam damnum, donec aſinus per ſcalam aſcendat.*

Quando autem ſcriba Samuel librum abſoluerit, apparet ex fine alterius uoluminis, ubi haec exſtant:

סיימתי זה חומש י׳ א׳ פ׳ תבא ט״ל׃

id eſt: *Finiui hunc Pentateuchum die primo* (hebdomadis,) *qua legitur paraſcha* תבא (ſiue Deuteron. XXVI, 1.) *anno IX ſecundum computum* (minorem, ſiue A. C. 1249).

Litterae, quibus commentarii ſcripti ſunt, facile produnt, Samuelem fuiſſe Germanum. Caeterum codex iſte, quamuis haud ſit contemnendus, non comparandus eſt cum prio-

 ri.

ri. Saepius uoces, immo integrae lineae omiſſae ſunt atque margini appoſitae.

Contulit Celeberrimus Nagelius hosce duos codices, ut etiam V Megilloth *) ex ſequenti libro Machſor, cum duobus codicibus Ebnerianis, in adnotatione pag. 14 a me commemoratis, et ſuo loco deſcribendis, pro Kennicotti collectione Variantium Lectionum.

* * *

Machſor, *Cyclus*, ſ. Collectio ampliſſima precum et cantionum rhythmicarum, quibus Iudaei utuntur diebus Sabbati et feſtis aliis. Nomine *Cycli* appellatur Liber, quod quotannis in circulum redeat. Bartoloccius *Breuiarium* appellat; Hottingerus *Euchologium*, alii *Liturgiam*.

Magnae uetuſtatis liber, cui par uel ſecundum, nec in ipſa Vaticana, nec in Chriſtianiſſimi Regis Bibliotheca ſe uidiſſe teſtatur Ioh. Wülferus in Theriaca iudaica &c. Norimb. 1681. 4. pag. 40. Eſt in membrana ſcriptus, ingentis molis et magnitudinis, in forma maiore et regia foliorum 528. Textus ipſe duabus columnis eſt exaratus et ubique punctatus. A latere habet prolixum commentarium rabbinicum non plane contemnendum, et ad melius eruendum ſenſum utiliſſimum; tamen, quod dolendum, in Ieſum Saluatorem noſtrum Sanctiſſimum eſt ſummopere iniurius, et plurimis blaſphemiis refertus. Hic ipſe tamen commentarius non ſingulis et quolibet folio, ſed potiſſimis additus eſt precibus, iisque maximam partem

ubi

*) Eſt Kennicotto in Codicum biblicorum indice Num. 602. *Megilloth; membran. fol. Saec. XIV. exeunt.* Sed errat in uoce *exeuntis:* nam finitum eſt Machſor A. C. 1331.

ubi uenenum aliquod, aut anguis in herba latet. *) Preces cantionesque adeo obſcurae ſunt, ut a pauciſſimis Iudaeis intelligantur. Auctores harum precationum uarii ſunt tum ex antiquis, tum ex recentioribus.

Reperiuntur etiam in hoc ipſo Codice illae preces magno numero, quae ſpeciali apud Iudaeos nomine *Slichos* ſ. poenitentiales **) appellari conſueuere. Feſtorum omnium principia auro picta, cum figuris hominum animaliumque. Codex ipſe elegantiſſime atque nitidiſſime exaratus eſt. Leguntur etiam in eo V Megilloth cum textu chaldaico interiecto, et commentariolo aliquo, qui maximam partem ex Raſchio eſt depromtus. ***)

Fol. 1 leguntur Preces ſabbaticae, *Iomim tobbim.*

Fol. 8, columna a. Precatio primo Sabbato ante feſtum Tabernaculorum recitanda. Hic incipit *Peruſch* ſ. commentarius in locos difficiles, obſcuros, et blaſphemos.

Fol. 10. Preces Nouilunii ſabbaticae.

Fol. 12. Tres סליחות *Selichoth* ſ. precationes pro remiſſione peccatorum, primo die Lunae Ieiunii poſt feſtum Paſchatis Tabernaculorum (סוכות, Graecis σκηνοπηγίας).

*) Conferri deberet iſte Liber cum Machſor Karraitico, typis exſcripto Venetiis 1528. 4. in typographeo Bombergiano.

**) Vid. Chriſtiani Wilh. Chriſtlieb Sammlung von den Läſterungen, die ſich in den jüdiſchen Bußgebeten befinden. Nebſt deſſen Antvvort auf das vom Prof. Chriſtian Benedict Michaelis ausgeſtellte Bedenken über die Läſterungen gegen Chriſtum in den Selichoth, Nurnb. 1745. 4. cf. Andr. Würfel hiſtoriſche Nachricht von der ehemaligen Iudengemeinde in Nürnberg, pag. 98 ſeq. ubi iſte Codex deſcriptus eſt. Iudaei Vindobonenſes pro quolibet folio aureum hung. obtuliſſe dicuntur.

***) Vid. Wolfii Biblioth. hebr. Vol. II, pag. 1334, et 1345.

Fol. 13, col. b. Preces die Iouis, quando dies feſtus eſt, recitandae.

Fol. 14, col. b. Precatio altero die Lunae Ieiunii.

Fol. 17, col. b. Binae preces pro duobus Sabbatis.

Fol. 18, col. b. Prima precatio feſti Chanuca ſ. Encaeniorum.

Fol. 22, col. b. Altera precatio.

Fol. 26, col. b. Preces ieiunii, d. 10, m. Thebet, propter obſidionem hieroſolymitanam.

Fol. 28. Diuerſae precationes Sabbaticae.

Fol. 33, col. b. Preces ante feſtum Eſtherae, ſ. Purim.

Fol. 44, col. b. Precatio ipſo Eſtherae die feſto recitanda.

Fol. 47, col. a. Aliae tales.

Fol. 52, col. b. Libellus Eſther. Sequuntur preces Sabbaticae poſt feſtum Eſtherae et Paſchatis.

Fol. 76, col. b. Prima precatio noctis Paſchalis.

Fol. 78, col. b. Preces matutinae feſto Paſchatis dicendae.

Fol. 89, col. a. Precationes alterius noctis paſchalis.

Fol. 91, col. a. Preces altero die paſchali recitandae.

Fol. 98, col. b. Precatio Sabbatica dierum paſchalium.

Fol. 102, col. a. Canticum Canticorum.

Fol. 105, col. b. Precatio nocturna ante diem ſeptimum Paſchatis.

Fol. 107, col. a. Preces die ſeptimo Paſchatis dicendae.

Fol. 119, col. b. Preces nocturnae ante ſeptimum diem paſchalem.

Fol. 120, col. a. Die Paſchatis octauo.

Fol.

Fol. 127, col. b. Precatio poſt diem octauum Paſchatis, incipit, סלח לנו. In Germania apud Iudaeos Pragenſes tantummodo in uſu eſt.

Fol. 131, col. a. Preces in primo Sabbato poſt Paſcha recitandae.

Fol. 134, col. a. Preces ſabbaticae inter feſta Paſchatis et Pentecoſtes.

Fol. 143, col. b. Preces in prima nocte Pentecoſtes.

Fol. 145, col. a. In primo die Pentecoſtes dicendae.

Fol. 169, col. a. Preces recitandae in altera nocte Pentecoſtes.

Fol. 171, col. a. Preces in die ſecundo Paſchatis.

Fol. 180. Libellus Ruth.

Fol. 183. Preces ſabbaticae poſt feſtum Pentecoſtes.

Fol. 187, col. b. Preces in Ieiunio fundendae, ob reaedificandam Hieroſolymam.

Fol. 189, col. b. Threni, aliaeque lamentationes (קינות) ob excidium hieroſolymitanum.

Fol. 194, col. b. Lamentationes huius diei.

Fol. 219, col. b. Preces die Sabbati poſt excidium hieroſolymitanum dicendae.

Fol. 222, col. b. Precatio, quae dicenda eſt, quando Ieiunium cadit in Sabbatum.

Fol. 223, col. a. Precatio quando nuptiae cadunt in diem Sabbati. Raro reperitur in aliis Machſorim.

Fol. 229, col. b. Preces, quando Circumciſio incidit in Sabbatum.

Fol. 231, col. a. Die Sabbati ante nouum annum.

Fol. 234, col. a. Preces ſeptimanae ante nouum annum.

Fol. 266, col. a. Preces pro remiſſione peccatorum, intra feſtum noui anni, et Expiationis.

Fol. 318, col. b. Precatio in prima nocte noui anni dicenda. Reperitur tantum in Machſor Wormatienſi.

Fol. 321, col. a. Preces die primo anni dicendae.

Fol. 334, col. b. Precatio *Olenu* (עלינו) quae iniurioſa in Chriſtum eſſe dicitur, contradicente Wagenſeilio in Libro: *Hoffnung der Erlöſung Iſraels*, Edit. 2. Nürnb. 1707. 4. pag. 151 ſeq.

Fol. 340, col. a. Preces die ſecundo noui anni recitandae.

Fol. 355, col. b. Preces in nocte ante Feſtum Expiationis dicendae, atque *Col nidre*, ſ. precatio, quâ ab omni voto et iure iurando ſe liberari putant.

Fol. 372, col. 2. Preces ipſo Feſto Expiationis dicendae, ut et Sabbaticae inter feſtum Expiationis et Tabernaculorum.

Fol. 474, col. a. Preces primae noctis ante Feſtum Tabernaculorum.

Fol. 475, col. a. Primi diei Feſti Tabernaculorum.

Fol. 477, col. b. Primae noctis preces ante diem ſecundum huius feſti.

Fol. 479, col. b. Preces die altero Feſti Tabernaculorum recitandae.

Fol. 484, col. b. Preces ſabbatinae inter feſtos Tabernaculorum dies.

Fol. 485, col. b. Eccleſiaſtes Salomonis.

Fol. 493, col. a. Preces omnium dierum Feſti Tabernaculorum.

Fol.

Fol. 497, col. a. Preces, quae nocte ante diem octauum Feſti Tabernaculorum, et die octauuo ipſo dici ſolent.

Fol. 504, col. b. Preces nocturnae ante diem nonum Feſti Tabernaculorum.

Fol. 506, col. a. Ipſo die nono.

Fol. 513, col. a. Haphtaroth, ſ. Lectiones propheticae cum uerſione chaldaica Ionathani.

Scriba, qui in Germania uixiſſe uidetur, in fine ita optat:

חזק ונתחזק והכותב ׳לא יזק׳ לא היום ולא לעולם ולא עד שיעלה חמור בסלם כתבתי זה המחזור לר׳ יהושוא בר יצחק וסיימתיו ביום ׳ה ב״ד באלול בצא לפרט׳ יהי רצון שיזכה להגות בו הוא ובנו בניו עד סוף כל הדורות אמן אמן אמן סלה

Id eſt: *Bono firmoque animo ſis! Et Scriba non fecit, neque faciet ſiue hodie, ſiue umquam damnum, donec aſinus per ſcalam aſcendat. Hoc Machſor ſcripſi pro Rabbi Ieſua, filio Iſaaci;* et *perfeci die* (Iouis) *quarto Elul, anno* 91 *ſecundum computum* (minorem, ſ. anno Chriſti 1331). *Deo uolente gratiam obtineat, ut ipſe et ſuorum filiorum nepotes in illo legant usque ad finem omnium generationum. Amen, Amen, Amen, Selah.*

Chartacei.

ספר מסורת המסורת; Liber fere aureus R. Eliae Leuitae *Maſoreth Hammaſoreth*, ſ. Traditio traditionis ſiue doctrinae de Maſora. Noſter codex ſcriptus eſt ab Elia Huttero. Eſt 320 paginarum in forma quarta. Verſio latina inter line-

lineas hebr. exarata eſt. Auctor librum A. 1538 compoſuit ediditque Venetiis 1539 et 1546. 4. Hebraice et latine prodiit Baſileae, 1539. 8. De Elia Leuita Germano et iſto Libro uid. Diſſertationes ſeptem egregiae Cel. Dom. Ioh. Andr. Mich. Nagelii, Altdorfii Nor. 1745—1771. 4. *Ueberſetzung des Buchs Maſſoreth Hammaſſoreth. Vnter Aufſicht und mit Anmerkungen D. Ioh. Sal. Semlers,* (Halle, 1772. 8.) qui illam Moſi Mendelsſohn, nuperrime caeleſtium choro adſociato, inſcripſit dicauitque.

ראשית חכמה *Reſchith chochma.* Principium Sapientiae. Spiſſus Codex aſtrologicus, in fol. folior 392, charactere hiſpan. ſcriptus Saec. XVI. Auctor non eſt R. Abrahamus Ben Meir Ben Eſra ſ. *Abeneſra;* ſed transtulit librum, iam a. 908 arabice ſcriptum, et explicauit quinque libris. Diuiditur in decem Capita.

Caput I. De forma Sphaerae, et diuiſione eius, et de ſignis eius, et ſeptem ſtellis erraticis, &c.

Cap. II. De efficacia Signorum, et aſcenſionibus eorum.

Cap. III. De aſpectibus graduum.

Cap. IV. De natura ſeptem Planetarum.

Cap. V. De Planetis.

Cap. VI. De ui Planetarum.

Cap. VII. De aſpectibus Planetar. et manſionibus eorum.

Cap. VIII. De iudiciis Planetarum.

Cap. IX. De partibus Planetar. et Domorum.

Cap. X. De ortu lucis ſeptem ſtellarum erraticarum, et uia directionum et translationum earum &c.

Auctor A. C. 908 dicitur uixiſſe.

Dein-

Deinde ſequuntur Aben Eſrae commentarii.

ספר הטעמים, *Sepher bataamim*, Liber de rationibus.

מולדות, *Moledoth*, Liber de natiuitatibus, ſiue genituris. *)

שאלות, *Scheeloth.*

באורים, *Biurim.*

ספר העולם, *Sepher haolam.*

Cum uerſione latina uocum difficiliorum, plurimis uero in locis cum uerſione germ.

Exſtat etiam haecce Collectio in Bibliotheca Oppenheimeriana, quae Hamburgi nunc uenalis proſtat. **) Vid. *Wolfii* Biblioth. hebr. Vol. I, p. 82. Vol. III, p. 50, et in Bibliotheca Dresdenſi, ubi etiam uti noſter codex, charactere maximam partem Hiſpanis Iudaeis recepto, et incondito, ex parte uero luculentiore, exarata eſt. *Wolf*, Volum. IV. p. 766.

MS. Cabbaliſticum hebraicum. fol. Deſcripſit Iulius Conradus Otto, Exiudaeus, circa A. 1600.

Ac-

*) Iſte liber prodiit latine uerſus Venetiis, 1485. 4. et Colon. 1537. Lucae Gaurici in eumdem annotationes et caſtigationes Romae, 1545 prodierunt. Collectio omnium horum aſtrologicorum ſcriptorum edita eſt Venetiis, 1507. Vid. M. Hermanni Frid. Koecheri noua Biblioth. hebraica ſecundum ordinem Wolfianae, P. I. Ienae, 1783, 4. mai. pag. 14.

**) Poſtquam diu latuit Altonae iſta Dauidis Oppenheimeri (erat Rabbinus primarius Pragenſis) Bibliotheca incomparabilis, et quae in toto terrarum orbe inter Iudaeos parem non habet; perlata eſt A. 1778 Amſtelodamum. Iam ab a. 1783 Poſſeſſor Iſaac Seligmann Berend Salomon illam Hamburgi uenalem integram offert in Catalogo hebr. Hamb. 1782 typis exſcripto, in forma quarta, 21 plagularum,

Accentus Linguae hebraicae, qui in Sacro Codice reperiuntur, et a Leuitis in cantillandis eius Capitibus obſeruantur. A Sigiſm. Theophilo Staden, Org. D. Laurent. 1651. 4.

Syriaca.

די״א סירישע גראמאטיקא, *Die ſiriſche Grammatica.* Dialecto iudaeo - germ. ſcripta. fol. min. Manu *Iulii Conradi Ottonis*, Exiudaei, exarata 1600.

Vocabularium Syriaco - lat. graecum. fol. min. Conſcripſit Chriſtoph. Crineſius, Prof. Altdorf.

Theſaurus rituum eccleſiaſticorum Eccleſiae Syriacae. Syriace. E Bibliotheca Ehingeri. folior. 57. fol.

Adiacet folium ſyriace ſcriptum a Ioſepho Auodi, Maronita. 1725.

Manuſcripta Arabica.

Omnia chartacea.

Coranus arabicus. In 4to. Codicem hunc Corani peruetuſtum Bibliothecae Norimbergenſi in ſui memoriam D. D. D. Adamus Rudolphus Solger, Aedis D. Mariae Antiſtes. 1751. d. 10 Nouemb.

Fragmentum Corani, continens Surae VI partem, a medio uerſus 104, et Surae VII partem, usque ad uerſus 81 medium. In 8. mai. Eſt uero ſegmentum, ut in dorſo libri adiectum legitur, octauum. Videtur autem aliquis Corani ſtudioſior integrum Codicem ſuum in minutas partes diuiſiſſe, ut commodius ſecum ferre et comitem in iti-

itineribus uel deambulationibus adiungere ſibi poſſet. D. *I. H. Schulze.* *)

Aliud Fragmentum continet Surae VII partem a commate 81 usque ad finem, et Surae VIII uerſus priores 32.

Aliae quinque Corani particulae. In 8 mai.

Coranus nitide exaratus; in 8 min. Emebatur ab Ioh. Iac. Kienio, M. D. cum duobus Veſtimentis turcicis ſupra pag. 11 commemoratis.

Sexta Corani Sura. in 12.

Liber precationum turcicarum, cum nonnullis Suris Corani. Praeda Locumtenentis Roberti in Budae expugnatione A. 1686. in 12mo.

Alius liber precationum turcicarum usque ad fol. 14. Reliqua arabica. Scriptus Anno Hedſhrae 1092 (1682) in 12mo.

Alius, nitide ſcriptus libellus; continet nonnulla Corani Capita, ſeu Suras, cum precationibus turcicis. in 12mo.

Codex foliorum 307 in Quarto. In fronte eſt Cenſura, ſeu approbatio libri, profecta ab *Soleimanno* quodam, Effendi Rumeliae. Eadem inſcriptio aliquot centenis uicibus in ipſo codice ad marginem reperitur; quod in pluribus Codicibus ſimili modo animaduertere licet.

Eſt Codex arabicus, qui, quoniam absque prooemio ſtatim ad rem proponendam uenit, merito aeſtimatur tomus eſſe maioris operis. Titulus eſt allegoricus: *Lucerna gloriae,*

*) Tale Corani exemplar 29 uoluminum in 8 minore dicauit Engelbertus Kaempferus Bibliothecae Auguſtae Wolfenbuttelenſi. Vid. *Iac. Burckhardi* Hiſtoria huius Biblioth. P. I. praef. pag. XX.

riae, uel pulchritudinis Arabum. Auctor nullibi nominatur. Euoluendo enotaui titulos librorum, ex quibus conſtat:

De commerciis.
De matrimoniis.
De manumiſſione.
De talione.
De uenatione et mactatione.
De cibis.
De ueſtitu.
De ſomnio.
De humanitate et morum ciuilitate.
De mancipiis.
De probationibus (religionis).

Muhammedicam religionem acerrime paſſim aduerſus Iudaeos et Chriſtianos propugnat, ut ſit maximam partem opus polemicum.

Scriptus eſt Anno Hegirae 1054. (1643.) Ita D. *Schulze.*

Liber arabicus argumenti aſcetici. Translatio turcica atramento rubro eſt ſcripta. Initium deficit. Incipit pagina iſthaec ita: *et qui euoluit hunc librum, eſt homo probus, cuius Deus miſeretur.* In calce legitur: *et comparaui* (mihi) *Elias Hutterus 1578. Lipſiae.* Paginarum 80. 4.

* * *

Euangelium S. Matthaei; arab. et lat.

Euangelium S. Marci et Lucae; arab. et lat. 8 oblong.

Euangelium S. Iohannis, et Acta Apoſtolorum. Arab. et lat. 8.

E Bibliis polyglottis Londinenſibus; (Solg. Catal. Vol. I. num. 19) partim uero e Bibliis arabicis Congreg. de propaganda Fide, Romae, 1671 fol. (Biblioth. Solg. Catal. Vol. I, num. 45).

S.

S. Paulli Epiſtola ad Romanos, I ep. ad Corinthios et II usque ad Cap. V, 9. E Polyglottis Londinenſibus.

Variae Surae arabicae in 12.

Prouerbia et Sententiae 300 arab. et lat. in 12.

Omnia iſta deſcripſit M. Paullus Barth, Diaconus Sebaldinus, mortuus a. 1688.

Liber impreſſus arabicus, paginarum 241. Continet orationes ſ. Breuiarium.

Salom. Schweiggeri Philotheca, ſiue liber memorialis amicorum. 1577. 4. Foliorum 192.

Eiusdem *Reiſebeſchreibung nach Conſtantinopel und Ierusalem. Nürnberg*, 1608. 4. Exemplar coloribus ornatum.

Manuſcripta Perſica.

Mathnavvi Scherif. In 8. Liber nitidiſſime ligatus, et ſcriptus anno Hedſchrae, ſ. fugae Prophetae, 1045 (A. C. 1635).

Continet Poema perſicum longum, de uariis rebus ad religionem muhammedanam pertinentibus. In Praefatione arabica Auctor nominatur Muhammed filius Muhammedis, Hoſein Balachi (a patria ſic cognominatus). Vixit A. 600 (Chriſti 1203) Tam propter contenta, quam ob ſtili pulchritudinem in ſumma aeſtimatione eſt iſte liber apud omnes Muhammedanos, praecipue apud Sectae ſuae, quam condidit, monachos. Vid. D. Schulze deſcriptio in Actis eruditis et curioſis Franconiae, faſcic. XVII, pag. 427. Herbelot Biblioth. orientale, p. 565: *Ce fut a Iconium que cet Auteur inſtitua un Ordre de Derviches plus ſpirituel, que les autres, lesquels on appelle ordinairement* Mevlevis, *qui font leur*

leur Capital de l'ouvrage de leur maître, auquel ils ne portent gueres moins de reſpect qu'à l'Alcoran. C'eſt pourquoi on donne auſſi ſouvent au Mathnavvi le ſurnom de Mevlevi. Il y a grand nombre de Commentaires Perſiens et Turcs ſur ce Livre, dont la Poeſie eſt eſtimée ſi excellente que tous ſes vers en ſont cités comme autant de ſentences.

Liber perſicus. In 8 min. Alicubi inuenio ſententias arabicas explicari. Videtur eſſe commentarius in alius cuiusdam operis explicationem adornatus. Auctorem nullibi inuenio explicatum. In calce notatum eſt arabicis uerbis, eum ſcriptum eſſe Anno Hegirae 964. (1556) D. *Schulze.*

Commentarius perſicus in ſcriptum politicum *Guliſtan.* Ex dono Chriſtiani Rauii, Berolinatis. Vpſaliae, d. 10 Iunii, 1665. 4.

Turcica.

Pars prima Hiſtoriae uniuerſalis arabicae Muhammedis Abu Dſchafar Ibn Dſcherair at-Tabari (i. e. e prouincia Tabareſtan); Turcice translata. Eſt praeda in expugnatione fortalitii Neoſelienſis in Hungaria A. 1685 facta a germanico belli ductore. Vltima codicis folia uicti poſſeſſoris ſanguine cruentata conſpiciuntur. In fol. Pars iſta prima habet 559 paginas. In fine unum ſaltem folium deeſſe uidetur. Deficiunt aliquot Partes ſeu Volumina, uti patet e Catalogo MSS. Erpenianorum in Bibliotheca Bodleiana Oxon. Nam Auctor Arabs opus usque ad a. 296 (a. C. 908) perduxit. Pars iſta prima continet Libros tantummodo tres. Primus enarrat Mundi creationem definitque in exitu Iſraelitarum ex Aegypto. Secundus incipit a refutatione dogmatis Chriſtianorum de Trinitate, exponit dein-

deinde idololatriam Iſraelitarum in Deſerto. Claudit librum narratio de ſeptem dormientibus. Libri tertii initium agit de hiſtoria prophetae Ionae, quem excipit ſtatim S. Georgius. Reges Perſarum Kaikubat et Nuſchirwan agmen claudunt. Vid. Acta erudita Franconiae, faſcic. XVII, pag. 428. Herbelot Biblioth. orientale, pag. 866, 867. In Bibliotheca Ebneriana eſt etiam Pars huius Translationis turcicae inter Codices quartae formae Num. 26, ſuo loco deſcribendos.

Liber turcicus, ſcriptus Anno Hedſchrae 964, (Chriſti 1557) Explicantur ſententiae arabicae. Videtur eſſe commentarius, in alius cuiusdam operis explicationem adornatus. Auctor nullibi indicatus eſt. Sequuntur Poemata turcica in laudem Muhammedis.

MS. turcicum in folio oblongo.

In ſacculo albo linteo cum inſcriptione turcica ſunt uariae commeatus litterae turcicae, cum paruo folio conuoluto, quod continet preces arabicas atque turcicas.

Armenica.

Libellus armenicus, eccleſiaſticus, nitide ſcriptus. In 16. Ligatura turcica.

Pſalterium armenicum, in Armenia impreſſum. Donum *Chriſtiani Rauii*, Berlinatis, Prof. Regii Vpſalienſis, 25 Maii, 1665. Paginarum 287. In 8. min. Vid. *Hottingeri* Biblioth. Orient. p. 169.

Sinica.

Liber ſinicus; in fol. min. Caret initio et fine. Titulus libri repetitur in margine foliorum extremo: — —

kang mo mûen thſi, caput oculusque, (i. e. principia) portae ſeptimae. Video etiam characteres gi et fang, i. e. ingreſſus regionis. *Fang* angulum ſignificat, et regionem. Fourmont medit. ſin. (inter libros philoſ. n. 456. pag. 97.)

CODICES MSS. GRAECI.

In Membrana.

Εκλογαι των ἁγιων ευαγγελιων εν τη Χριστου Ιησου ἁγια και μεγαλη κυριακη του πασχα. i. e. *Eclogae ſanctor. Euangeliorum in Ieſu Chriſti ſancta et magna dominica Paſchatis.* In 4. mai. foliorum 281. Codex Saeculo, ni fallor, XII ſcriptus.

Eſt Euangeliſtarium, ſ. Euangeliarium, h. e. Liber, qui Euangelia, in ſingulis miſſis legi aut cantari ſolita, continet.

Partes habet duas. Pars prima complectitur Lectiones ex Euangeliis, quae primariis in Feſtis Diebusque dominicis legi ſolent. Lectio prima incipit a capite primo Euangelii Iohannis. Vid. Tab. I, num. I. Dein ſequuntur ordine Dominicae reliquae, et quidem primo Dominica I poſt Paſcha κυριακη διακαινησιμος dicta; porro κυριακη της Αποκρεω, *Dominica carnis priuii;* ulterius κυριακη τυρινη, η τυροφαγος, a caſei comeſtione nuncupata, quo nunc oua et caetera lacticinia comprehenduntur. Sic apparent κυριακαι των νηστειων, *Dominicae ieiuniorum ſacrorum;* κυριακη των βαϊων, *Dominica palmarum,* et reliquae omnes ordine ſuo. Lectionibus ſupraſcriptum legitur, uti in codice gothano aliisque: Εκ του κατα Ματθαιον κεφ. &c. Εκ του κατα Ιωαννην &c. Sequitur nempe Scriba capitum Euangeliorum diſtinctionem Ammonianam,

nam, *) ab Euſebio emendatam, uti docte obſeruat Cel. Doederlinus in egregia ſua Codicis noſtri deſcriptione, **) e qua praecipua hic exhibiturus ſum.

Eclogae ſ. Lectiones ex quatuor Euangeliis deſumtae ſunt. Non paucae bis, quaedam ter occurrunt.

Variantium ſat amplum indicem collegit Cel. Doederlinus, e quo non nulla delibabimus a uulgari lectione diſcrepantia.

E Matthaeo.

Matth. III, 3. αυτος γαρ εστιν. Verſu 11 Lectio clauditur uoce πυρι, omiſſis uocibus και εν πνευματι ἁγιῳ, quae etiam in multis MSS. deſunt.

XI, 8. βασιλειων.

XII, 13. ανεγνωκατε.

XIV, 8. omiſſum ὡδε. u. 12. το σωμα αυτου. u. 22. προαγειν αυτους. u. 28. omiſſ. αυτῳ.

XV, 25. εξελθουσα προσεκυνησεν. 36. τοις οχλοις.

XIX, 24. καμιλον pro καμηλον. 27. κυριε ιδου,

XXIII, 8. διδασκαλος pro καθηγητης. 9. παντες δε ὑμεις αδελφοι εστε.

XXIV, 5. ὁτι εγω ειμι. 31. επισυναξει. uerſ. 40 et 41 omittitur.

XXV, 26. ει ηδεις, ex correctione.

XXVII, 10. εδωκα pro εδωκαν. 31. ενεπαιξαν αυτον. 51. το καταπετασμα του ναου,

*) Matthaei euangel. habuit capita 355, Marci 236, Lucae 342, et Iohann. 232.

**) *Litterariſches Muſeum*, Altdorf, 1778. 8. I Band, pag. 475. ſeqq.

Ex Marco.

Cap. I, 9. απο ναζαρετ εκ της γαλιλαιας. 26. omiſſ. και εδωκε και τοις συν αυτῳ ουσι.

V, 33. omiſſ. και τρεμουσα.

VII, 35. ελαλει ευλογειν τον Θεον.

VIII, 31. ὅτι μελλει ὁ ὑιος του ανθρωπου πολλα παθειν. 34. ει τις.

XII, 7. γεωργοι θεασαμενοι αυτον.

XIII, 9. εν ταις συναγωγαις αυτων δαρησεσθε.

XV, 16. εις την αυλην του καιαφα. u. 28 omiſſus.

E Luca.

I, 34. πως εσαι μοι τουτο.

II, 46. και ακουοντων.

IV, 20. εξατενιζοντες. 26. αραπτα. σιδωνιας.

V, 28. παραλυτικος. 22. γνους. 31. αποκριθεις δε.

VI, 4. omiſſ. ελαβε και εφαγε.

VIII, omiſſa u. 8. ταυτα λεγων εφωνει κ. τ. λ. repoſita leguntur poſt comma 15. 16. επι την λυχνιαν. 32. βοσκομενη. 52. ου γαρ απεθανεν.

XI, 12. omiſſ. in duabus Lectionibus.

hil gratia Dei occurrit quod antehac non decies aut amplius contrectauerim. Reſponſione itaque exacta reliquum erat, ut epiſtolam ad te ſuper hac re ſcriberem. ſed nocte ſuperueniente prohibeor. Nam et punctatio problematis tui admodum ſerotina erat. Die ergo ſequenti de more dominum meum Reuerendum, ad Palatium Pape cum recederet ſuus cappellanus, comitor. cumque ibi, ut aſſolet, operirer, inſperato Dominus meus pronunciatur legatus ad Venetias. Arbitrabar igitur, cum ad Venetias eundum eſſet cum domino meo, ad Ferrariam etiam me uenturum, et non modo litteris, ſed et ore tibi reſponſurum. Cupiebat preterea dominus meus reuerendiſſimus te tantum philoſophum uidere. Nam antehac fama ſolum et teſtimonio meo creberrimo te cognouit. Sed in itinere rumor uenit, peſtem inuaſiſſe ciuitatem quamobrem preterire decreuit dominus meus reuerendiſſimus. Igitur, etſi non e Roma, neque in Ferraria, ſed ex Venetiis, que me nunc tenent, reſponſum accipias meum. Quod ſi bene ſe habeat, iudicio tuo relinquetur. Nam in hisce rebus tibi cedere non modo non pudet, uerum etiam glorie datur tantum habere praeceptorem. Erat autem interrogationis tue tenor ille.

Die Vto Aprilis 1463: nocte ſequenti hora 2. minuto 25to horologii, dum quedam ſtella mihi incognita eſſet in hora meridiana Ferrarie cuius latitudo eſt gr. 44 minuta 45. ſecunda 4: longitudo uero ab oriente habitato gr. 32. accepi ipſius altitudinem ab orizonte et ipſam inueni gr. 39. minuta 16. quero autem locum ipſius ſtelle in zodiaco tam per longitudinem, quam per latitudinem ab ecliptica, nec non arcum diurnum ipſius, ſeu moram ipſius ſuper terram.

Re-

Reſpondendo ſic procedo. Datus eſt mihi quintus dies Aprilis Anni 1463 currentis cum ceteris ad hanc rem neceſſariis, ad eius meridiem inuenio motum ſolis uerum gr. 24. 10'. 8". Declinationem eius ſeptemtrionalem gr. 9. min. 25 fere. Vtor enim declinatione maxima ſolis uſitata gr. 23, min. 33, ſec. 30. ſeq. — —

Fol. 18. *b.* Dum irem Venetias hoc anno 1463 notam quandam ſtellam fixam in nocte ſequente diem 17 Iulii, que quidem oriebatur hora tertia, minuto 25 noctis, mediabat autem celum hora ſeptima minuto 38. quero locum eius in ecliptica, punctum mediationis celi, item — eius et latitudinem.

Dum eſſem in loco, cuius latitudo ignota mihi erat, die 13 Iulii hora tertia noctis uidi quandam ſtellam, cuius altitudo ab orizonte erat 35 gr. diſtabat autem a meridiano uerſus orientem per ſpatium duarum horarum, itemque ab eodem meridiano per 37 gradus circuli orizontis, quos uocant gradus azimutales, quero locum huius ſtelle et latitudinem regionis.

Hec pro nunc ſufficiant. Habeo etenim multa alia de eisdem paſſionibus ſtellarum fixarum, que ſi uoles poſthac transmittam, ne prime littere mee faſtidium tibi pariant.

Studeo namque quam minimum tibi moleſtum eſſe, maxime autem morem gerere atque laudi tue que plurima habetur, locum dare. Hoc faxis iterum atque iterum obſecro tempeſtiuas ad me ſcribere litteras. Sic enim nunc non parum conſolaremur. Domino magiſtro Petro bono commendatus humiliter eſſe uelim. Vale foeliciter mei me-

memor. Ex ſancto Georgio in Venetiis die XXVII Iulii anno LXIII.

Tuus in omnibus Ioannes germanus
Reuerendiſſimi domini Cardinalis Niceni *) Legati familiaris.

In Venetiis quarum latitudinem pono nunc gr. 45 longitudinem autem ab oriente gr. 31. minuta 45. hora tertia minuto 38 noctis que ſequitur diem nonum Auguſti de anno 1463. notaui quandam ſtellam fixam cuius diſtanciam ſeptentrionalem alias deprehendi gr. 13 minuta 25. altitudinem autem eius ſupra orizontem in hac conſideratione inueni gr. 40 et minuta 19. et erat ſtella in parte orizontali hemiſperii. Quero totum eius in ecliptica et punctum mediationis celi cum latitudine eius.

Fol. 19. Io. de Blanchinis querit.

Die Vto Nouembris 1463 nocte ſequenti hora 2 minuto 25 horologii dum quedam ſtella mihi incognita eſſet in linea meridiana ferrarie, cuius latitudo eſt gr. 44 min. 45. ſec. 4. Longitudo uero ab occidente habitato gr. 32, accepi ipſius altitudinem ab orizonte et ipſam inueni gr. 39. min. 16. quero autem locum ipſius ſtelle in Zodiaco tam per longitudinem, quam per latitudinem ab ecliptica nec non arcum diurnum ipſius ſeu moram ipſius ſupra terram.

Fol.

*) i. e. Beſſarionis, Epiſcopi Tuſculani, S. R. E. Cardinalis Nicaeni, et Patriarchae Conſtantinopolitani, nati Trapezunti, 1395, denati Rauennae, d. 15 Nou. 1472. Vid. Ludouici Bandini commentarius de uita et rebus geſtis Beſſarionis cardinalis Nicaeni, Romae, 1777. 8.

2.

Fol. 11. *Reſponſio Blanchini.*

Y † s Xſtus maria.

1463 die 21 Nouembris. *)

Hiis diebus elapſis apportate mihi fuerunt litere ueſtre, quas certe non parum gratiſſimas habui tam ex ueſtra ſubtili et ucra terminatione interrogatorio meo; quodque per ipſas comprehendo, ad noticiam Reuerendiſſimi in Chriſto patris et amici communis noſtri D. Cardinalis Niceni Cui certe ex corde deſidero commendatum eſſe tam ex ſua profundiſſima ſcientia, cuius fama per totum orbem uolat, quam ex ſua benigniſſima humanitate, et erga me beneuolentia: dum ab illuſtri olim D. meo. domino Leonello miſſus fuiſſem anno Iubilaei ad Dominationem ſuam pro facto monetarum factaque certa congregatione ciuium et ex amica cautione: uoluitque me ad prandium cum dominatione ſua eſſe. Ex quo ſemper me Reuerendiſſime dominationi ſue obligatum eſſe reputo: cui me et mea ſupplico quam inter numerum Seruitorum ſuorum me potius faciat: et in memoria habeat.

Examinaui diligenter Reſponſiones ueſtras: et concluſiones interrogatorii mei, quas ſcienter et recte terminaſtis: uidi etiam quatuor obſeruationes per uos, ut dicitur, factas, de aliquibus ſtellis fixis in diuerſis locis et temporibus, quibus uti intelligo, quantum potero, ipſas terminabo. Et quia a magiſtro Chriſtophoro Briſienſi noſtro, pluribus menſibus elapſis habui, quod uobis accommodauit tabulas meas: puto uos forte habere copiam uobis-

*) Haec adſcripſit Regiomontanus.

biſcum: quod mihi ualde gratum eſſet, quia ſummopere deſidero illas ad manus peritorum, ut uos eſtis, peruenirent, et imo ut uos in praticha operationis tabellarum mearum ſecundum doctrinam Canonum operationes meas comprehendatis: Concluſionesque meas per tabellas approbando deſcribam. Manifeſtum eſt, quod ſi per latitudines ſtelle declinatio inuenitur et per operationem conuerſam: per declinationem Latitudinis inuenietur: Sapienti pauca ſufficiunt. Et ſi Reſponſiones meas ad Litteras ueſtras in longum deductae ſunt, ueniam queſo. Nam de menſe Iunii cauſa euitandi dubium peſtis, huc cum tota familia mea ad poſſeſſiones meas applicui: ubi ex mandato Illuſtriſſimi Domini mei Ducis data eſt mihi cura totius iſtius pollicini, ipſum totis uiribus a contagione peſtis conſeruando: ubi per me poſiti ſunt cuſtodes in locis opportunis, ut aliqui uenientes a locis ſuſpectis, huc non apparerent: Nec aliqui in polliceno huius habitantes, ad loca ſuſpecta accedant absque licentia: condonando et puniendo delinquentes, ex quibus non parum exercitii incurrit. Sed ultra hoc, quum omnes de familia mea, ac etiam Spectabilis D. Añiballis de Gonzaga gener meus, paſſi ſunt febribus, ſicut multi Conuicini paſſi ſunt. Et conſors mea a tribus menſibus citra, et ad diem preſentem a quartana retinetur, et ego quidem ab aliquibus diebus citra, et die preſenti a febribus paſſus ſum. Spero tamen ab ipſa in breui liberari, et ſimiliter filia mea, uxor D. Añiballis a febre a qua patitur, liberabitur dato quod a grauiſſimo periculo euaſa ſit. Spero tamen domino concedente cum ſecuritate, et ſaepe uobiscum conferre: nec uobis moleſtum erit Dubia ueſtra

ueſtra mihi patefacere. Nam non tantum utile, ſed neneſſarium eſt, ſtelle fixe uerificare. Et me ad talem practicam in loco iſto perſonaliter cognoſco negligentem. Feci propter hoc Inſtrumentum demonſtrans altitudinem ſtelle per gradus, minutas, et cuius puto uidiſtis compoſitionem, et operationem in canonibus tabellarum mearum de primo mobili, cum quo operari poterit in ſtellis: ſed ego in hoc parum me exercere poſſum.

Videbitis autem deciſiones meas ad queſita ueſtra, et approbationes, quas ſubiunxi ex canonibus et tabulis meis de primo mobili extractas et operationes tabellarum magiſtralium per me compoſitarum: et ſi non uidiſtis, uidebitis, in quanta breuitate reducitur calculus; et non dubitetis quod omnia demonſtraui in Libro Florum almadeſti. Reduxi enim denominationes ſinuum ad numeros diſcretos, propter abbreuiationem et facilitatem calculandi. Si uero illud non habetis illis, ſeu Tabulas meas de primo mobili, ſunt aliqua que Venetiis herent; et Specialiter Egregius Magiſter Alexander Boromei, artium et medicine Doctor, quem non dubito ad Requiſitionem ueſtram, ſeu Reuerendiſſimi Domini Cardinalis et Legati libentiſſime accommodabit. Et libentiſſime audirem, quid uobis uidetur de illis, et quid ex ipſis uidetur corrigendum. Vobis doctiſſimo aſſentiam.

Et proſequendo ad deciſionem queſitorum ueſtrorum in ſequentibus accedam.

Primum Queſitum eſt. Quedam ſtella fixa in medietate Zodiaci deſcendentis declinatio ſeptentrionalis eſt gr. 35 m. 17. Latitudo autem ſeptentrionalis gr. 20. m. 49.

Que-

Queritur locus eius uerus, et cum quo puncto celum mediat? ſupponendo declinationem maximam gr. 23. m. 30. ſec. 30. ſicut ipſam multociens cum inſtrumento, at in diuerſis temporibus conſideraui diligenter.

Reſpondendo autem dico. Stellam ipſam fuiſſe in gr. 17. m. 37 Leonis. Mediauit quoque celum cum gr. 25. min. 28 Leonis, quibus correſpondent gr. 147. m. 45. etc. *)

Et ut uidere et examinare poſſitis facilitatem, et breuitatem calculandi cum tabulis et canonibus meis, de primo mobili: mitto uobis ſummatim et ordinatim preſentem calculum his ſcriptis incluſum, per quem approbantur omnes mee concluſiones, et Reſponſiones queſitorum ueſtrorum, manu mea propria ſcriptum. Et ſi male ſcriptus eſt, quod malus ſcriptor ſum, et peior pronunciator: excuſatum me habeatis rogo: quod nunquam preceptorem habui; nec uerſatus ſum in Scolis: Sed conuerſatio mea fuit cum illuſtribus Dominis ducibus meis de Domo eſtenſi, et adhuc eſt: et quidquid ſum: ſemper ſum paratus ad mandata Reuerendiſſimi in Chriſto patris et Domini communis noſtri Cardinalis Niceni, et legati, cet. ac etiam ad mandata ueſtra promptus rel. Vale.

Ex Foſſanoua Sancti Gilii, Die XXI Nouembris. 1463.

Io. Blanchinus.

Fol.

*) Plura uid. in Scriptis Regiomontani, de Torqueto, Aſtrolabio armillari, Regula magna Ptolemaica, Baculoque Aſtronomico, et Obſeruationibus Cometarum, auctis neceſſariis Ioannis Schoneri Caroloſtadii additionibus; item Obſeruationibus motuum Solis, ac Stellarum, tam fixarum, quam erraticarum. Norimb. 1544. 4.

Fol. 15. Conſideratio in uilla foſſanoue ſancti gilii ferarienſi diſtrictu. Die 4 auguſti 1463 ſole exiſtente in gradu 19, min. 48 leonis circa meridiem accepi ipſius altitudinem quam inueni gr. 33 m. 49. quero horam poſt ortum ipſius, amplitudinem ſui ortus, que eſt diſtantia per orizontem ab ortu uero, nec non tunc diſtantiam umbre ipſius per circulum orizontis usque ad contactum meridiani cum orizonte.

In queſito neſtro ſecundo, et reſponſione mea inuenta eſt quedam ſtella in gr. 9. m. 15 leonis cum latitudine gr. 57 m. 2 ſeptentrionalis, quere ſi per alium calculum declinatio ipſius uere eſt gr. 69. m. 35 deinde altitudinem ipſius ab orizonte horarum 3 min. 25 poſt ipſius ſeparationem a linea meridiana.

Tento ut me tentetis.

Quero duos numeros proportionales, ut 5 ad 8 quorum ad inuicem productum equetur aggregatione ipſorum.

Item quero de 10 facere duas partes, ex quibus maiorem per minorem diuiſam, deinde minorem per maiorem et diuiſam, numeros autem cotientes ſimul iunctos eorum ſumma ſit 25, et hoc gratia collationis.

3.

Fol. 35. Io. germanus Ad Ioannem de blanchinis.

Ingentes uobis habeo gratias, prudentiſſime atque doctiſſime uir, qui litteras meas ita humaniter ſuſcepiſtis ac ſi grande aliquid, ſiue nouum, ſiue utile aduexerint, quorum profecto neutrum in eis apparuit. Noui enim nihil attulerunt, cum queſtiones meas uobis propoſitas iamdudum

dum tanquam uſitatas ualde habueritis, neque quicquam utilitatis, quid enim profuit more meo ueſtre reſpondiſſe interrogationi? cum longe facilius eam decidere liceat per tabulas ueſtras quas de primo mobili contexuiſtis, *) quas equidem Rome magiſter Chriſtoforus mihi commodauit. Vtinam ego copiam earum feciſſem! Eas ſummopere et laudandas cenſeo, et omnibus ſtudioſis publicandas, quod breuiter atque faciliter quicquid de primo mobili queritur expediant. Non licuit autem hactenus earum exemplum comparare, conditione mea moderna id agente, nam uoluntas mea ex imperio domini mei Reuerendiſſimi pendere debet, cui ſoli ſeruiendum eſt. quo fit ut minus libito ſtudiis adherere poſſim, libroſque quoslibet copiare. Curabo tamen, ſi poſſibile fuerit, eas ueſtras tabulas uidere ſaltem nunc Venetiis, niſi magiſter Alexander ab humanitatis officio alienus ſit, in eis me plurimum oblectabo, et dignitatem earum domino meo Reuerendiſſimo, ſi uacat, hilariter predicabo, qui etſi antehac tam uiſu quam fama dominationem ueſtram cognouerit, pars tamen magna dignitati ueſtre accreuit, ubi uirtutes ueſtras ita ut equum erat, Ioannes germanus dinumerare conatus eſt. Pergite igitur, ut cepiſtis, uiciſſim pro ueſtra manſuetudine diſcipulum ueſtrum amplecti, qui ſummopere ſtudebit uobis morem gerere, cuius demum iocos, niſi me animus fallat, haud egre feretis, ſi integritatem

*) Ioh. Blanchini, Bononienſis, nouae Tabulae caeleſtium motuum, dicatae Imperatori Friderico III, cum Lucae Gaurici additionibus, Venetiis, 1526. fol. Conficiebat illas A. 1458. Prima editio eſt Veneta, 1495. 4. Poſtea prodiere cum tabulis Prugneri et Purbachii, Baſileae, 1553. fol. et inter Gaurici Opera, T. I, num. 6, ibid, 1575. fol.

tem animi ſui perſpectam habueritis. et ſi quoque tentare uos uidear, ridere quidem licebit ineptias meas, ex fiducia autem, quam erga dominationem ueſtram gero, huiuscemodi manare eſtimandum eſt. Hanc enim mihi aſſumpſi licentiam ex ſcriptis ueſtris, ubi inter bina interrogata ueſtra: tento, dicitis, ut tentetis. Vocare poteritis tentationem pro ueſtra auctoritate, ego autem fiducie nomen huic dabo poſtulationi. Sed ne equo diutius detineamini, ad cepta noſtra exercitia ueniendum eſt. Quod tardius, quam ſperabam litteris meis reſponderitis, etſi moleſtum ualde mihi fuerit mei ex parte qui tam diu litteras ueſtras deſideratiſſimas accipere non debuerim: longe tamen moleſtius imo intolerabile uiſum fuiſſet, ſi more ueſtre cauſſam ſenſiſſem. Vehementer enim me conturbaſſet mala ueſtra ualetudo atque morbus, qui et patrem familias, et totam inſuper domum oppreſſit, cuius ſeuitia ut quam citiſſimum extinguatur, deum oro ſuppliciter, et ſpero id propediem affore, quo crebrioribus inuicem litteris releuari poſſimus. Reſpondiſtis igitur tandem et optime et breuiſſime, miſiſtis quoque exempla numerorum, quos in ea re habuiſtis neceſſarios, boni et docti preceptoris officio fretus. exemplis enim facile doctrinam quampiam conſequi datur, pro quibus quantas poſſum habeo gratias. Stelle de qua in primo queſito locum uerum in ecliptica reddidiſtis in termino graduum 17 et minutorum 37 leonis ego pro tabule ſimul auxilio, nam aliam apud me tabulam habeo nullam, inueni gr. 17 minuta 34. Differentia trium minutorum parui pendenda. Nam operanti mihi non ſemper totus diuidendus tollebatur, quumque etiam multiplicans aut maior,

aut

aut minor equo, ſicut in his fieri ſolet, acceptus eſt. Suppoſui tamen in eodem queſito maximam ſolis declinationem gr. 23. minuta 30. que declinatione maxima conuenienter uſitata, minor fere eſt tribus minutis. Tranſeat illud.

In queſito quarto digne notaſtis ſubiici oportuiſſe, ſtellam nondum meridianum attigiſſe, aut ipſum tranſiuiſſe. Nam due ſtelle quibus ſunt equales declinationes, equaliter utrinque a meridiano pro eodem temporis inſtanti diſtare poſſunt, non tamen eundem in ecliptica locum habentes. Dum igitur et egregie ſoluiſtis uniuerſa, et quidem faciliter per tabulas ueſtras, ego autem quicquid nunc Venetiis numerabo non niſi per tabulam ſinus conſequi potero. Illud tamen non ſit impedimento quin ad me ſcribatis quotquot et quecunque noletis interrogatoria. Si enim ſatis reuidebo, ſcietis me labore ingenti id efficere. ſi minus digne, excuſabitis me inermem. Quod ſi ea, quam ſub manibus habeo, tabula abſoluta eſſet, facile omnia, que ad primum mobile referuntur, per alia multa poſſent expediri absque numerorum multiplicatione et diuiſione, absque ſinuum per arcus, et uice uerſa, extractione. De qua quidem tabula ſi ueritatem mediocriter etiam dixero, nimis gloriari uidebor, cum res admodum noua et hactenus infecta ſit. quicquid per eam inueſtigare libebit, duobus tunc numeris introitualibus egebimus, quorum alterum in latere tranſuerſali, alterum in deſcendenti tabule immittemus, et in angulo communi repericmus queſitum. Duos huic tabule accommodabo libellos, quorum primus quidem fundamenta tabule et operationum eius firmabit, ſecundus uero quanam lege quilibet omnino

nouus artis diſcipulus per eam operari expedite poſſit. Decreui autem ad dom. ueſtram nunc mittere utilitates quasdam huius tabule, *) more geometrarum, per propoſitiones ſiue propoſita diſtincta: ut iudicium ueſtrum hac in re quale ſit perſentiam. reliqua uero huiusmodi operis uidebitis, ubi nomine domini mei Reuerendiſſimi uniuerſis philoſophie cultoribus diuulgabuntur. Propoſita ipſa utilitatum ſiue fructuum ſeriatim colligetis in poſtrema membrana. Poſtea quam ad interrogata mea ſufficientiſſime reſpondiſtis, queſtiones quatuor remittere dignatus eſtis, quibus ſi bene reſpondero, ipſe iudicabitis, qui talium rerum plenam habetis peritiam. Erat autem ſcriptum ueſtrum ſupra prima queſtione huius tenoris:

Conſideraui in uilla foſſe noue Sancti Gilii ferrarienſi diſtrictu, die quarta augusti, 1463 ſole exiſtente in gr. 19. minutis 48 leonis ante meridiem accepi ipſius altitudinem, quam inueni gr. 33 minuta 49. Quero horam poſt ortum eius, amplitudinem ſui ortus, que eſt diſtantia per orizontem ab ortu uero. Nec non tunc diſtantiam umbre ipſius per circulum orizontis usque ad contactum meridiani cum orizonte.

Hic tametſi latitudinem loci conſiderationis non adnotaueritis, tamen cum a ferraria parumper diſtet, accepi altitudinem poli urbis ferrarienſis, quam alias dediſtis gr. 44 minuta 45 et ſecunda 4, cum qua et declinatione ſolis

*) Regiomontani Tabula magna primi mobilis, cum uſu multiplici rationibusque certis. Norimbergae, 1475. 4. Cum Purbachii Tabulis eclipſium edidit Georg. Tannſtetter, Viennae, 1514. fol. et Schonerus, Neuburgi, 1557. fol. Cum additionibus edidit Eraſm. Oſvv. Schrekenfuchs, Baſil. 1567. fol. Tabulas directionum, totam rationem primi motus continentes auxit Eraſmus Reinholdus, Wittebergae, 1584. 4.

lis gradnum 14 minutorum 57 inuenio ex figura ſectoris diuiſa differentiam arcus ſemidiurni diuerſi et ſemidiurni equalis gr. 15. min. 21. vnde arcum ſemidiurnum oportuit eſſe gr. 105. min. 21. deinde ex altitudine ſolis conſiderata, quemadmodum res ipſa poſtulabat, concludo diſtantiam ſolis a meridiano gr. 56. min. 53. antemeridianam quidem. hanc dempſi ex arcu ſemidiurno ſupra memorato, et relinquebantur gradus 48. min. 28. et tantus erat arcus paralleli ſolis centro eius et orizonte interceptus, tantusque computabatur arcus equatoris aſcendens in tempore, quod fluxit ab ortu ſolis ad inſtans conſiderationis, cui reſpondent more ſuo hore 3 equales min. 13 fere. Quo autem pacto ex altitudine ſolis data cum ceteris cognitu neceſſariis diſtantiam eius a meridie inuenerim, aperire non eſt conſilium, ne nimium uobis concedat faſtidium. Vnum tamen ex ſex modis diuerſis omnino eligere libuit, quorum nonnullos in epitomate almaieſti explanatos dedi in fine ſecundi, reliquos autem modos in problematibus reperire licebit, poſtquam codex ille tredecim tractatuum iuſſu domini mei publicabitur, quem uobis quidem placiturum, niſi me animus fallit, pleriſque autem aliis uſu uenturum arbitror.

Amplitudinem ortus ſolis in die conſiderationis ueſtrae inuenio gr. 21. min. 18 et erat ipſa ſeptentrionalis.

Arcus orizontis inter circulum altitudinis ſolis et meridianum comprehenſus, quem uidemini querere tertio erat gr. 76 min. 54. et eſt complementum arcus, quem arabico nomine uocant azimuth. Hec ex ſecundo problematum almaieſti colligere decreui. Vbi demenſuratum dedi ſinum rectum diſtantie ſolis a ſummitate capitum ad

 ſinum

ſinum rectum diſtantie ſolis a meridie ſe habere ſicut ſinus complementi declinationis eius ad ſinum arcus, quem ueſtra queſiuit dominatio. Ad hec autem problemata ſcribenda me nuper ſtimulaſtis, quum primo ueſtro queſito reſpondendum erat. Duos iam ferme huius operis abſolui libros pedetentim reliquos undecim expediturus. Inſtitui autem nihil eorum, que in epitomate tradita ſunt, in huiusmodi problematibus repetere. Nam quo problemata intelligantur, epitomatis precognitio neceſſaria eſt. Sed quo ruit calamus? Dabitis, ſpero, ueniam, ſi paulo prolixior fuerim, et quidem non ſine ueſtra gloria. Hec enim, que dixi opera iudicio ueſtro offerenda cenſui quo plus auctoritatis nanciſcantur. De his ſatis.

Amplius littere ueſtre interrogatorie habent illud.

In queſito ueſtro ſecundo et reſponſione mea inuenta eſt quedam ſtella in gr. 9 minutis 15 leonis cum latitudine graduum 57 minutorum 2 ſeptentrionalis. Quero ſi per alium calculum declinatio ipſius uere eſt gr. 69 min. 35. deinde altitudinem ipſius ab orizonte hora tertia, minuto 25 poſt ipſius ſeparationem a linea meridiana. Hec ſunt uerba dominationis ueſtre. Reuera (parcatis) neſcio, utrum ex ſuppoſitis meis uidelicet uero loco in ecliptica et puncto mediationis celi inuenire iubeatis declinationes eius: an potius ex loco eius in ecliptica cum latitudine. nam neque ſatis intelligere poſſum quonam modo uos ex ſuppoſitis meis declinationibus ſtelle inueneritis. Sed exercitii gratia ad utrumque reſpondere conabor, ſi prius figuram huic rei oportunam deſcripſero. *) Sit ergo colurus ſolſtitiorum a b g d ſub quo medietas equatoris

a e g

*) Vid. Tab. 3, Fig. I.

a e g et medietas ecliptice deſcendens b e d itaque b caput cancri, e initium libre et d capricorni exiſtant. Sic enim figuram aptari, locus ſtelle, qui eſt in hac medietate ecliptice, monet. Polus mundi borealis ſit z, polus ecliptice h. ſtella ſit in o puncto per quem et duos polos predictos incedant arcus circulorum magnorum z l et h o k ipſi quidem equatori in punctis l et k ecliptice aut in punctis m et n incidentes. Conſtat itaque n eſſe locum uerum ſtelle in ecliptica, et in punctum cum quo celum mediat. que duo puncta ſunt data in queſito meo quum arcus quos terminant dati ſint. Vos autem reſpondendo et peroptime ſoluendo dubium, accipitis arcum equatoris qui inter caput arietis et punctum k clauditur, eum uocatis radicem et ſubtrahitis ex aſcenſione recta reſpondente arcui ecliptice ad punctum m —, quicquid aſcenſio inter initium arietis et punctum l comprehenditur, et relinquitur uobis arcus l k. huius arcus l k ſinu utimur in operatione. Nunc dico, ſiue duo puncta m et n dentur, ſiue alter eorum, tamen uerbi gratia n cum latitudine ſtelle que eſt arcus n e. per aliam uiam reperiri poſſe declinationes ſtelle in o exeuntis, et non modo per unam, ſed. per plures quarum due nunc incidunt medio, ut in quibus neque arcus l k neque k n neceſſarius eſt. Nam ſit primo datus punctus n, locus ſit uerus ſtelle in ecliptica, cum latitudine n o, et uelimus inuenire declinationem ſtelle arcum ſcilicet l o. Sic agendum eſt. cum e ſit polus coluri a b g d ut ex primo Theodoſii *) de ſpheris conſtat, deſcendat ex eo per punctum o

 qua-

*) Theodoſii Tripolitae Σφαιρικων Libros III edidit primum graece et lat. Ioh. Pena, Pariſ. 1557. 4. Solam uerſ. latinam optime dedit Iſaacus Barrovv, cum Apollonii conicis; Londini, 1675. 4.

quadrans e o x. quo facto licet per ſecundam regulam triangulorum ſyllogiſmnm cudere poſſem, tamen figura ſectoris, in qua uos eſtis exercitatiſſimus, utar. Eos autem quos de triangulis *) conſcripſi, libellos propediem uidebit dominatio

*) Iam A. 1463 Venetiis perfecit iſtos Libros V de Triangulis omnimodis. Edidit tandem dicanitque Norimb. Senatui Ioh. Schonerus: *Doctiſſimi Viri et mathematicarum diſciplinarum eximii profeſſoris Ioh. de Regiomonte, De triangulis omnimodis libri V, quibus explicantur res neceſſariae cognitu, uolentibus ad ſcientiarum aſtronomicarum perfectionem deuenire, quae cum nusquam alibi hoc tempore expoſitae habeantur, fruſtra ſine harum inſtructione ad illam quisquam adſpirabit. Acceſſerunt huc in calce pleraque D. Nic. Cuſani de Quadratura circuli, deque recti ac curui commenſuratione, itemque Ioh. de monte regio eadem de re* ελεγχτικα, *hactenus a nemine publicata. Omnia recens in lucem edita fide et diligentia ſingulari. Norimbergae, in aedibus Ioh. Schoneri,* 1533. fol. Recuſ. Baſileae a Daniele Santbechio, 1560. fol. Vſus fuit uir immortalis Regiomontanus iam in computandis tabulis Sinuum Logiſtica decimali Radii et Tangentium, (uid. Montucla, amici noſtri, *Hiſtoire des Mathématiques*, T. I, p. 450) quae quidem iam dudum antea Venetis Mathematicis innotuit, uti monſtrauit amiciſſimus Iagemann, von der Schiffahrt der alten Venezianer; in Diario: *Kieliſches Magazin für die Geſchichte*, I Band, III Stück, pag. 270; *Ioh. de Regiomonte Ludus Pannonienſis, quem alias uocare libuit Tabulas Directionum, Norimb.* 1475. 4. In ſecunda editione ita legitur in calce. *Opus tabularum directionum profectionumque pro reuerendiſſimo domino Ioanne archiepiſcopo Strigonienſi etc. per magiſtrum Ioannem de Regiomonte compoſitarum Anno Dni 1467 explicit feliciter. Magiſtri Ioannis angeli uiri peritiſſimi diligenti correctione. Erhardique Ratdolt mira imprimendi arte: qua nuper Venetiis nunc Auguſte vindelicorum excellit nominatiſſimus.* 4 nonas Ianuarij. 1490. Textus habet folia 22; tabulae uero 118 foliis continentur, in forma quarta. Sequitur foliis 15: *Tabella Sinus*

tio ueſtra, iam autem apud me non ſunt, ſed ex Roma breui afferentur. id opus amplexu ueſtro haud indignum uidebitur, nam et ipſam expectat limaturam ueſtram egregiam. Sed redeo ad ceptum. In figura ſectoris cuius caput eſt b punctus, pedes autem e et h et uenter o punctus ſcilicet ſectionis coniunctim argumentando proporcio e b ad b componitur ex duabus proporcionibus quarum altera eſt proporcio e x ad x o, altera o h ad h n. de ſinibus non arcubus dico. quicunque autem horum arcuum ſunt noti. e b quadrans, b n diſtantia ueri loci ſtelle a primo cancri o h complementum latitudinis, h n quadrans, et e x quadrans. Vnde et arcus o x notus habebitur, cuius ſinum habeo 20657. ipſum uero arcum graduum 20, min. 8. item eadem figura manente et eodem argumentationis genere arcus b x cognitus erit, ſi proporcionem ſinus h b ad ſinum b x compoſitam ex duabus aliis, ut aſſolet, intellexerimus. Arcum autem b x inuenio gr. 63 m. 20. unde

arcus

nus recti: per gradus et ſingula minuta diuiſa. Ad tabulas directionum magiſtri Iohannis de regio monte neceſſarias cum quibus exemplis partes eiusdem tabelle multum concordant. Tam exemplo amiciſſimi Dom. *Scheibelii*, (Eiusd. *Aſtronom. Bibliographie*; Breslau, 1784. 8. pag. 28.) quam meo, iſta folia 15 deſunt. Scripſit etiam Regiomontanus *Algorithmum demonſtratum*, ſ. mathematicas demonſtrationes in eam calculandi artem, quam uulgus Algorithmum uocat; quem A. 1534 in forma quarta edidit Norimbergae Iohannes Schonerus. In primis uero Algebrae promouendae operam nauauit Regiomontanus, inuentis ab eo 1463 ſex libris reſiduis e libris XIII Problematum Arithmeticorum Diophanti Alexandrini, id quod tam ex propoſitione 12 atque 23 Libri II de Triangulis patet, quam ex iſtis Epiſtolis. Caeterum plura de Regiomontano dicam in *Bibliotheca* (quam iam a 15 annis paro) *mathematica uniuerſali*, ubi ſingula magni uiri ſcripta adcurate recenſebo.

arcus h x relinquetur gr. 26 m. 40. ex quo demo arcum z h equalem maxime ſolis declinacionis, ut reſiduus maneat arcus z x gr. 3 min. 6. hinc arcus a x uenit gr. 86. m. 54. Iam ad aliam ſectoris figuram me transfero, euius uertex eſt punctus a, pedes autem e et z, punctus ſectionis o erit quidem proportio z a ad a x compoſita ex duabus, ſed ex proportione z l ad l o, et ex o e ad e x. de ſinubus horum loquor. quinque autem noti ſunt, eſt enim arcus o e notus propter arcum o x ſuperius cognitum, quare et arcus o l non ignorabitur, ſcilicet declinatio ſtelle, quam ſic numerando elicui gr. 69. m. 38. differimus in tribus minutis. Sed tranſeant. Eſt et alius modus, quem nunc miſſum facio. Quod ſi intentio queſtionis ueſtre fuerit ex duobus punctis m et n datis per alium modum inuenire declinationem d o. Reſpondeo id duobus aliis modis fieri poſſe. et quidem hec omnia per tabulam ſint tantummodo absque ſuffragio aliarum quarumcunque. Dico autem de modis iam in memoria exiſtentibus, quos nunc preterire fuit conſilium, ne officium uobis reſpondendi uertatur in moleſtiam. ab anno enim huius rei tanta uerba non rebar me facturum. Sed quid hoc eſt? Dum procedit calamus, alium offendo modum predicta ſoluendi. ſic tres alios a modo ueſtro qui per aſcenſiones uadit, reperire licuit. Credite mihi, non recito ſomnia, nihil enim horum preteribo ubi ad octauum librum problematum uentum fuerit quinimo omnia accuratiſſime conſcribam, quo tandem effecto eiusce rei iudex eritis optatiſſimus. Deinde querebatur altitudo huius ſtelle diſtantiam a meridiano habentis in tempore quidem horas tres minuta 25. Hec ſtella in orizonte ueſtro non oritur, neque occidit, ſed habet duas

duas altitudines meridianas inequales. In quolibet ergo reuolutione primi mobilis quatuor habet a meridiano tantas diſtantias, quantam uos poſuiſtis unam. Accepi autem diſtantiam a ſuperiore parte meridiani. Nam non difficilius reddidiſſem altitudinem ſuam que debetur tante diſtantie a parte inferiori ipſius meridiani, et altitudinem ſtelle compoſitam inueni gr. 54 min. 34. De hoc iam ſatis.

Ad tertium quo dicitis. Quero duos numeros proportionales ut 5 ad 8. quorum ad inuicem productum equetur aggregationi ipſorum. Hoc eſt aliud genus queſtionum. Profecto niſi moleſtum uideretur, tantis litteris una duntaxat uice reſpondere, duos producerem modos quibus huic interrogato ſufficerem, ſed neutrum eorum fortaſſe dominatio Veſtra expectat. quare per alium tertium reſpondebo modum, quo demum ſcietis artem rei et cenſus (uocant arabice algebram) mihi eſſe familiarem. Pono primum priorem, unde ex ypotheſi ueſtra ſecundus erit $1\frac{3}{5}$ rei, duco alterum in alterum, producitur $1\frac{3}{5}$ cenſus. item coniungo eos, reſultant $2\frac{3}{5}$. habeo igitur cenſus equales rebus. quare ſecundum precepta artis agendo inuenio minorem numerum eorum quos queritis $1\frac{5}{8}$ maiorem autem $2\frac{3}{5}$.

Queritis quarto de 10 facere duas partes quarum maiorem per minorem diuidendo, et item minorem per maiorem, numeros quotientis colligendo reſultent 25. Reſpondeo ponendo primum priorem et ſecundum quemadmodum res poſtulat 10 minorem icirco primum inuenio 5 minorem radice de $21\frac{8}{27}$. ſecundus autem et maior eſt 5. et radix quadrata de $21\frac{8}{27}$. Habebam enim cenſum et numerum equalem rebus. Igitur ſecunda pars erit

erit binomium quartum, prima autem reciſum eius. Potui autem et hoc ſoluere duabus aliis uiis. Sed nunc eam elegi quam uobis arbitror familiariſſimam, per artem uidelicet rei et cenſus quod querebatis abſoluendo. Si itaque ueſtris interrogatis ſufficienter reſpondi facile iudicabitis, qui omnium huiuscemodi rerum abundantiſſimam habetis peritiam. opinione etenim mea ſatisfactum eſt. Potuit tamen error quisquam numerando intercidere ut ſolet fieri, talem ſi offenderitis pro magnitudine ueſtra tolerandum uelim, nihil enim eorum que numerando ſcrutabar repetiui. Nunc ueſtrum eſt officium, ut litteras alias ad me mittatis, quas equidem eo hilarior ſuſcipiam, quo tempeſtiuiores aduolabunt. Pollicebar ſuperius propoſiciones ſecundi libri ad tabulam meam pertinentis ſeriatim perſtringere, quod nunc perſoluam ex ordine.

1 Generalem tabule uſum in primis explanare. Vſus tabule eſt intrare cum duobus numeris ut ſupra tetigi, in angulo enim eorum reperitur queſitum. Verum huiusmodi introitus pro non nullis queſitis non eſt unicus, ſicut neque unica operatio ſufficit per ſinus procedendo. Hoc tamen aduertendum quod quilibet huiusmodi introitus tunc facit quantum alias una multiplicatio ſinus per ſinum et diuiſio producti per certum ſinum, ſed et neque ſinum armari, neque arcum ſinuari oportet, imo prorſus ab operatione ſinuum excuſat hec tabula. Satis nunc.

2 Cuiuslibet puncti ecliptice ab equatore declinantis declinationem inuenire. Intra cum diſtantia puncti dati a ſectione equatoris et ecliptice uiciniori, et cum maxima declinatione. reperies enim in angulo eorum declinationem queſitam etc.

3 Pro-

3 Propoſita declinatione ſolis quantalibet cui puncto ecliptice aut quibus punctis reſpondeat explorare.

4 Latitudinem linee inueſtigare.

5 Cuiuslibet arcus ecliptice ab equatore ſumentis minimam aſcenſionem in ſphera recta inuenire.

6 Ex aſcenſione recta ab altera ſectionum ecliptice et equatoris minimum ſumente arcum ecliptice ſibi debitum indagare.

7 Amplitudinem ortus cuiuscumque puncti ecliptice ab equatore declinantis computare.

8 Ex amplitudine ortus ſuppoſita punctum ecliptice, cui ipſa reſpondet, deprehendere.

9 In omni regione arcum diurnum puncti ecliptice quodcumque etiam dederis numerare.

10 Idem aliter concludere.

11 Cuiuslibet arcus ecliptice a ſectione incipientis aſcenſionem obliquam in qualibet regione dimetiri.

12 In omni regione ex data aſcenſione obliqua ab altera ſectionum minimum ſumente arcum ecliptice ſibi debitum inuenire.

13 Altitudinem ſolis ſupra orizontem exiſtentis in omni regione omnique hora perpendere.

14 Dum ſol in ſignis ſeptentrionalibus fuerit, altitudinem eius in circulo orientis perſcrutari. Quis ſit circulus orientis ille, in ſecundo problematum diffinitum eſt.

15 Arcum azimuth ſolis aut alterius ſtelle dimetiri.

16

16 Angulum ex concidentia ecliptice et meridiani apud quodlibet punctum ecliptice prouenientem comprendere.

17 Angulum ex concurſu ecliptice et orizontis orientalis procreatum pronuntiare.

18 Quantitatem anguli ex ecliptica et circulo altitudinis producti exquirere.

19 Idem aliter comprehendere.

20 Quod due precedentes promiſerunt alio tramite perſcrutari.

21 Gradum aſcendentem uel punctum orientis in omni regione et omni hora per hanc tabulam elaborare.

22 Si quis aſcendentem in regione qualibet habuerit quo pacto medium celi inueſtiget, manuducere.

23 In omni regione altitudinem ſolis ſupra orizontem exeuntis quacumque hora data aliter quam ſuperius dinumerare.

24 Arcum orizontis quem ſecat circulus horarius ex eo deprehendere. Quis ſit arcus, quam ſignifico, alibi lucubrabitur.

25 Arcum circuli orientis quam horarius quilibet ex eo ſecat circulus, menſurare.

26 Puncta flexionis tenebrarum in eclipſibus determinare.

27 Cognito loco uero ſtelle fixe cum eius latitudine declinationem ſuam ab equatore ſciſcitari.

28 Punctum ecliptice cum quo ſtella quelibet celum mediat, determinare.

29 Quod precedens docuit alio tramite percontari.

30 Declinationem ſtelle fixe cuiuscumque altitudinis inueſtigare.

31 Punctum quo cum ſtella quelibet celum mediat aliis quam ſupra mediis inquirere.

32 Ex data ſtelle declinatione punctoque ecliptice cum quo ipſa celum mediat latitudinem eius atque uerum locum in ecliptica diffinire.

33 Arcum diurnum ſtelle dimetiri.

34 Punctum ecliptice quo cum ſtella quelibet aut oritur aut occidit diffinire.

35 Per altitudinem ſtelle cuiuscumque et azimuth atque medium celi declinationem eius ſtelle et punctum cum quo celum mediat, indeque latitudinem et uerum locum eius in ecliptica ſubtiliter indagare.

36 Arcum apparitionis aut occultationis ſtelle perſcrutari.

37 Equationem octaue ſphere ſecundum Alfonſi fundamenta numerare.

38 Equationem octaue ſphere ſecundum imaginationem Tebith computare.

39 Equationem ſolis colligere.

40 Equationem argumenti Lune dinumerare. Sed quo ruit calamus ille moleſtus atque audax? Forſitan omnia aſtronomorum queſita ad hanc unicam tabulam appellet? Dico ego bonam partem huiusmodi queſitorum per hanc repertum iri tabulam, ſi prius concentricam aſtronomiam totam fundauerimus. Quid illud? Diuerſitates motuum planetarum per concentricos ſaluare pulcrum erit. Iam ſoli

et lune uiam dedimus. de reliquis autem quedam initialia iacta ſunt. quibus completis equationes omnium planetarum per hanc tabulam numerare licebit. De hac re nihil amplius impreſentiarum, ne legendi ſcripta mea maius patiamini faſtidium, quam ego ſcribendo uoluptatem habeam. Si quid harum rerum audentius equo dixiſſe uideor, poſteris litteris rationes meas luculentius (ſic puto) accipietis. Mallem tamen uoce, quam calamo hiſce de rebus differere. facilius enim multo et expeditius foret, ſed dum id fieri nequit, littere uocis officia ſumant, que quicquid afferent ueſtro iudicio limandum erit. Inſtitui ire Mediolanum pro certo negotio. Nunc reliqui nihil ſcribendi eſt ſententia, uerum operiar litteras ueſtras dulciſſimas atque ut materies ad me ſcribendi detur, queſtiones mittere decreui ſubſcriptas.

Eſt quedam ſtella latitudine carens in gr. 10 min. 25 tauri, et alia item in gr. 27 min. 29 tauri, abſque latitudine, tertia autem latitudinem habens ſeptentrionalem, diſtat a prima per gr. 6 min. 18. circuli magni per earum centra transeuntis, a ſecunda autem diſtat per gradus 20 min. 47. Quero uerum locum huius tertie ſtelle in ecliptica et eius latitudinem.

Sunt due ſtelle fixe ab ecliptica uerſus ſeptentrionem elongate, quarum unius latitudo eſt gr. 9 min. 26. alterius uero gr. 35 min. 53. diſtantia autem inter corpora ſtellarum eſt gr. 8 min. 45. quero quantum diſtent loca ſua uera in ecliptica.

Eſt circulus diametrum habens 60 pedum, huic inſcriptum eſt quadrangulum, cuius quatuor latera proportiones

nes habent, quas illi numeri 4. 7. 13. 17. *) Quero quanta ſit area huius quadranguli.

Sphera quedam habet diametrum 100 pedum cui inſcripta eſt pyramis baſim habens trilateram, huius pyramidis ſex latera ſunt in proportionibus horum 6 numerorum 3. 5. 8. 11. 13. 16. quero quanta ſit corpulentia huius pyramidis.

Sint duo numeri quorum differentia eſt radix quadrata de 5. aut ſic quorum alter in alterum ductus reddit radicem de 250. quadrati autem dictorum numerorum ſe multiplicantes uiciſſim alter alterum producunt 250. quero qui ſint illi duo.

Quidam mercator cum 100 ducatis in primo anno lucratur aliquid, deinde in ſecundo anno cum capitali et lucro primi lucratur proportionaliter ut in primo. et in tertio anno iterum proportionaliter cum capitali et duobus lucris duorum annorum precedentium, quo facto in uniuerſo uiciſſim ex capitali et tribus lucris colligit 265 ducatos. quero quantum in primo anno lucratus ſit.

Tres ſocii ponunt communiter 70 ducatos et lucrantur cum eis 20 ducatos. quorum primo cedunt pro capitali et lucro 15 ducati. ſecundo 25. tertio autem 50. et ſtat pecunia capitalis primi tribus menſibus, ſecundi autem quinque et tertii 6 menſibus. Quero quanta fuerit ſumma capitalis primi ſocii.

Quero numerum, qui ſi diuidatur per 17 manent in reſiduo 15 eo autem diuiſo per 13 manent 11 reſidua,

*) *addendum:* exprimunt.

et ipſo diuiſo per 10 manent tria reſidua, quero quis ſit numerus ille. (1103)

4.

Litterae Ioh. Blanchini. 1464.

Fol. 41. Reſponſiones ad queſita ueſtra ſunt hec.

Primum queſitum, eſt ſtella in gr. 10 min. 25 tauri Latitudine carens, et alia in gr. 27 min. 29 tauri absque Latitudine; tertia autem latitudinem habens ſeptentrionalem, diſtat a prima per gradus 6 min. 18, a ſecunda autem per gradus 20 min. 47, queritur uerus locus et latitudo huius tertie ſtelle.

Hec propoſitio non uidetur per demonſtrationem terminari poſſe, niſi declaretur alterum duorum latitudo ſ. huius tertie ſtelle, aut locus ipſius in ecliptica, dato quod per 12 et 13 min. ſcindi inueniatur perpendiculariter, quod in hoc non ualet queſito.

Secundum queſitum, due ſtelle fixe, ab ecliptica uerſus ſeptentrionem elongate, quarum latitudo unius eſt gr. 9 min. 26. alterius uero gr. 35 min. 53 et diſtantia inter corpora ſtellarum eſt gr. 9 min. 45, queritur quantum diſtent loca ſua in ecliptica.

Propoſitio hec male poſita uidetur et impoſſibilis terminare. Nam ſi ab eodem puncto ecliptico per latitudinis declinationem manifeſtum eſt quod diſtantia inter corpora ipſarum erit gr. 26 min. 27. Si uero aduerſis punctis ecliptice delineatur neceſſario linea pertracta a centro ad centrum prope ultimam ſi curuatio longior erit quam

quam gr. 26 min. 27, ſcilicet prius breuior ponitur, quod eſt impoſſibile. ergo uidetur male poſita.

Tertium queſitum eſt, circulus diametrum habens 60 pedum, huic inſcriptum eſt quadrangulum, cuius quatuor latera proportiones habent, quas illi numeri 4. 7. 13. 17. queritur quanta ſit area huius quadranguli.

Si uero hec propoſitio preſupponit latera quadranguli ſuper circunferentiam circuli, facilis erit hec concluſio per regulam archimedis aut aſamidis allegati per ptholomeum. Sed ſi quadrangulum preſuponitis ex lineis rectis, ut ſunt corde ſuppoſite arcubus, michi uidetur impoſſibile pro libito linearum quatuor cordas ſubpoſitas quatuor arcubus includentibus ſuperficiem, proportionem inter ſe habentes pro libito compoſitoris, nec puto poſſibile eſſe dare quatuor angulis contentis a quatuor rectis lineis ex diuerſis proportionibus includentibus ſuperficiem, et inuenire eorum arcum eque diſtantem illis quatuor angulis, non eſt proportio inter cordam et cordam quanta eſt inter arcum et circulum, nec eſt proportio numeralis inter coſtam et diametrum, prout ſeptima decimi demonſtrat.

Minime eſſe uidetur poſſibile includere in ſpeciem piramidis ſeu diuerſorum laterum pro libito proportionalium, prout in quarto queſito dicitur. Nichil minus ſi ſuper hoc uideres demonſtrationem aquieſceres et libenter audires ſolum de quadrangulo concluſionem ſolūmodo quantitas cordarum ſuppoſitarum toti circulo quo ſint in proportione uti 5. 7. 9. 12.

Quintum queſitum. Sint duo numeri quorum differentia eſt radix de 5, et quadratum dictorum numerorum ſi

 mul-

multiplicantur alter in alterum producunt 250 queritur qui ſint illi numeri.

Manifeſtum eſt quod productum numeri quadrati primum quadratur, productum ſemper et omnino erit numerus quadratus. Sed 250 non eſt numerus quadratus, quia impoſſibile eſt quod productum duorum numerorum quadratorum conſtituant 250.

Seſtum, quidam mercator cum 100 ducatis in primo anno lucratus eſt aliquid, deinde in ſecundo anno cum capitali primi anni 100 ducatorum et lucro primi anni lucratus eſt proportionaliter, ut in primo. Tertio anno iterum cum capitali et duobus lucris annorum preteritorum proportionaliter lucratus eſt quo compilato in uniuerſo ex capitali et tribus lucris colligit duc. 265. queritur quantum in primo anno lucratus ſit.

Si hoc fecerimus per regulas argebre proueniet quod res cenſus et cubus equantur numero et inde concluderetur quod 100 duc. ſuo lucro primi anni ſecum lucrati ſint, radix cubica de 2650000 detractis ab ipſa radice 100, ſicut multa ſimilia per regulas argebre dificillime concluderentur, tamen in libro florum (*almageſti*) hoc demonſtraui et dedi regulas uniuerſales ad omnes proportiones.

Septimo, ſunt 3 ſocii qui communiter poſuerunt 70 ducatos et lucrati ſunt cum eis ducatos 20, quorum primo cedunt pro capitali et lucro ducati 15. ſecundo autem ducati 25, tertio etiam pro capitali et lucro ducati 50, et ſtat capitalis primi tribus menſibus, ſecundi autem quinque menſibus, et tertii ſtat ſex menſibus, queritur quanta ſit ſumma capitalis primi ſocii.

Hec

Hec propoſitio prout ponitur a me non intelligitur. Si enim 3 ſocii communiter poſuerunt 70, uidetur quilibet poſuiſſe tertiam partem, uidelicet $23\frac{1}{3}$ et ſi primo cederentur ducati 15 ut ponitur, uideretur perdidiſſe de capitali et non lucratus eſſet, deinde dicitur quod pecunia capitalis primi ſtetit menſibus tribus, ſequitur quod alii potius qui remanſerunt traficati ſint cum minori ſumma capitalis quam duc. 70 uidelicet cum duc. 55 ſimiliter fiuitis 5 menſibus quibus ſecundus ſocius extraxit duc. 25, tertius cum minori ſumma etiam traficatus eſſet. Conſiderandum quoque eſt quod cum minori capitali minus lucrum ſequitur, non intelligo oppinionem queſiti, ſi melius non declaretur.

Octauo et ultimo queritur numerus quaſi diuideretur per 17 Remanet in reſiduo 15, eo diuiſo per 15 manent 11 in reſiduo et ipſo diuiſo per 10 manet 3.

Huic queſito multe reſponſiones dari poſſent cum diuerſis numeris qui proportiones concluderent ut 1103. 3313 et alii multi. Sed in hoc non curo laborem expendere in aliis numeris inuenire.

Et ut uidere poſſit reuerentia ueſtra, familiariter ac domeſtice uobiscum loquor, et hoc quia uolo ſimiliter uos mecum ſimiliter faciatis.

1 Proſequendo enim colationis gratia quero deciſionem iſtam dubiorum. Videlicet

Tres ſtelle ſunt ex quibus due ſuper eodem gradu ecliptice dicuntur eſſe, ſed per latitudinem ab ipſa declinantes uerſus ſeptemtrionem. Prima ſit per gr. 3. minu-

ta 25. ſecunda uero per gradus 28 minuta 48. tertia autem ſtella ipſas ſequentes per longitud. ſecundum ſucceſſionem ſignorum in gradu 6 minutis 15 geminorum cum latitudine graduum 12 minutorum 9 ſeptemtrionali cuius diſtantia a prima ſtella per arcum orbis magni a centro ad centrum eſt gr. 26 min. 40; queritur diſtantia ipſius a ſecunda ſtella atque loca prime et ſecunde ſtelle in ecliptica.

2 Ego diuiſi 100 per certum numerum, deinde diuiſi 100 per eundem diuiſorem ſibi addito 8, et numeros cotientes prime et ſecunde diuiſionis — et faciunt in ſumma 40. queritur quantitas primi diuiſoris.

3 Quidam acceſſit ad campſorem cum 10 florenis et ipſos cambiauit in groſſos uenetorum, pro quibus accepit certos groſſos, de qua ſumma extraſſit 60 groſſos et ipſos recambiauit in florenos ad eandemmet rationem ſicut primo fecerat, hoc facto reperit ſe habere inter groſſos et florenos 80. queritur pretium florenorum ad groſſos.

4 Quidam mercator cum 100 ducatis in primo anno lucratus eſt certum quid prout in ſexto queſito ueſtro dicitis, et ſic procedit de anno in annum cum capitali et lucro lucrari in ſimili proportione ſicut in primo, in fine autem ſex annorum in uniuerſo inter capitale et ſex lucris habuit ducatos 900. queritur proportio lucri primi anni.

5 Die 6 octobris proxime preteriti 1463 in hac regione uobis uiſa eſt ſtella in orizonte orientali diſtans per arcum orizontis a contactu meridiani gr. 60 min. 30 et hoc per horas 3 minuta 36 equales ante ortum ſolis. que-

queritur locus ipſius uerus in ecliptica cum latitudine ab ipſa. *)

6 Duo circuli ſunt, primus uero habens diametrum 60 pedum, ſecundus uero habens diametrum 68 pedum, qui ſecundus circulus ſupraponitur primo diametro ſeu ſuper diametrum occupando de diametro primi 50 pedes. queritur quanta de ſuperficie ſeu de area primi occupabitur.

7 Conſtruxi tabulam de cordis et arcubus particularibus et per doctum ptho (*Ptolemaeum*) per uiam mediationis duplicationis copulationis et reſidui ex iſtis nullo modo perueniri poteſt ad inueniendum cordam unius gr. nec in eternum perueniri poteſt. dico autem quod ſi diuiderimus angulum in tres partes equales habemus cognitionem corde unius gr. et particulariter de omnibus aliis gradibus pro libito. quero igitur diuiſionem anguli continentis de circulo gr. 60 qui arcus notus eſt et cordam ipſius eſſe medium diametri equalis. Sed tertia pars erit corda 20 graduum que poſibilis eſt.

8 Tres ſocii ſunt et quilibet pro ſe habet denarios in marſupio, duo uero primi abſque tertio habent denarios 30, duo autem ſocii abſque primo habent denarios 42, et duo alii abſque ſecundo habent denarios 54. queritur quot denarios quilibet de proprio habet.

Et hec uolo ſufficiant quantum ad regulas argebre de quibus comprehendo uos doctiſſimum eſſe, ego quidem in

G 5

*) Quamuis manus Blanchini legendo taedioſiſſima ſit, tamen ductus amore erga matheſin omnes Blanchini, Iac. de Spira et Regiomontani epiſtolas hic a me deſcriptas ſimul exhibeo.


in iuuentute dum operationes mercantiarum exararem aliquantulum in hoc me delectaui. Sed hec in me uenia facta ſit; neſcio autem quo pacto hac aſtrologica ſcientia magnopere oblectatus ſum, et inter meas occupationes quas ex erario Illuſtriſſimorum dominorum meorum habui eam adamandi et animum reficiendi per interualli temporis ſpatium ad aſtrologic calculum me dedi, et transtuli, et totis uiribus conatus ſum ipſam reducere ad breuitatem et ad facilitatem calculandi, exque his aliquas tabulas conſtruxi in quibus calculus facilis ſerioſe inuenitur, in me ſuſcipiendo fere omne onus et difficultatem calculandi prout uidere potuiſtis tam de motibus planetarum, quam de primo mobili et de eclipſibus, uidi etiam certas rubricas per uos michi transmiſſas tabularum ueſtrarum que michi magnepere placuerunt, quia bene poſite et neceſſarie ſunt, et modum operandi tabulas ipſas intellexi. quod dicitis in angulo communi omnia reperire ex quibus tamen comprehendo multas tabulas neceſſario eſſe conſtructas, et quia multa ueſtra queſita occurrunt et quum etiam operis alius haberem tabulas, puta uidi tabulas uetuſtas pro inueniendo Latitudines planetarum, in quibus ineatur cum centro et cum argumento medio planetarum, et in angulo communi inueniantur latitudines planetarum, tamen primi operis haberem tabulas inueniendi medii motus, angulos, centra et argumenta cet. et qualia plura — operis haberem tabulas. Sed inuentio pulcherrima eſt, ego quidem conſtruxi tabulas pro multiplicando et diuidendo in quibus multiplicatio de 10 minutis in 10 minuta in angulo communi inuenitur perducta; in diuidendi autem inuento in parte ſuperiori numerum diuiſorem et deſcendendo numerum diuidendum, ipſius directo

ad

ad ſiniſtram inuenitur numerus cotiens, que operatio illis quibus laborioſum eſſet multiplicare et diuidere, facilis redditur. non dico de capitulis tabularum mearum, quas uidiſtis groſſo modo compoſitas, tamen fideliter compoſui et cotidie alias illis adiungo, quod operationem illam ualde indelectabilem occupationibus meis remedium optimum inuenio.

In deciſione queſiti uoſtri alias per me facta, quando dixi ſtella que preſuppoſita erat in gr. 9 min. 15 leonis mediare celum in gr. 20 min. 37 uirginis, dixi illam declinare ab ecliptica per latitudinis ſeptemtrionalis gradus 57 minuta 2 et ab equinoctiali per declinationem gr. 69 min. 38. ſi autem dixi gr. 69 min. 35 fuit error calami. Sed hoc non curo, quo ſim autem a uobis ſi par alium calculum declinatio ipſa inueniebatur difformis ab iſta, uos autem intr — ſi per alium calculum perſcrutari poſſet declinatio ipſa, et ſubtiliter priores figure ſectoris demonſtrationes notabiliter et bene ipſam concluſionem uerificando decidiſtis eandem eſſe declinationem, et ſi inuentionem queſiti mei exprimere non ualui, modeſtie ueſtre patientiam queſo, nam ſcio quod per plures et quaſi infinitas demonſtrationes ueritas clueſcit et ſpecialiter per demonſtrationes que per figuram ſectoris demonſtrantur. Nam in tractatu quem de floribus almageſti conſtruxi, concluſe ſunt 150 diuerſe proportiones ex quibus una ex duabus aliis componitur, non dico de figura in ſcripta per uos magiſtraliter lineata, cum linea a centro coluri per centrum ſtelle protracta, et concludendo dicitis quod proportio e b ad b n componitur ex proportionibus e x ad x o, et o h ad h n, dico etiam quod proportio e x ad x o componitur ex proportionibus h n ad o h et e b ad b n. Item

Item proportio o h ad h n componitur ex proportionibus b n ad b e, et e x ad x o et ſimiliter multe alie dari poſſunt et ſuper hoc conſtruxi tabulam ſerioſam precedentibus primo demonſtrationibus, dico etiam per lineam partis protractam a centro coluri per quam cauſatur triangulus e a et e x ſiue e a x, dato punctum o diſtantiam a centro e, inuenietur arcus o k qui eſt declinatio ſcilicet Jo. blanchini. Item arcus n o que eſt latitudo ab ecliptica. Item arcus o L que eſt declinatio uera que non dubito in tractatu ueſtro de triangulis demonſtrata per uos doctiſſime ſint.



Cupio autem cum auiditate illum habere quia in hac reſponſione de triangulis non me dilectaui multum, dico in triangulis ſphericis, niſi quantum mihi uiſum eſſet ad demonſtrandam diſtantiam ſtellarum ad in — et quod non dubito

bito tractatum ipſum e manibus ueſtris compilatum ſerioſum et copioſum eſſe, ualde ipſum gratum haberem ſoluendo ſcriptori mercedem, regratior etiam uobis de oblatione in deipſo facta, quando in manu habebitis, et ego me offero domino concedente per quantum uires ingenioli mei ſe extenderint, ipſum nomine ueſtro predicare et ſuper ipſum ad ueſtri gloriam aliquod commentum fabricare.

Ad queſitum autem meum non bene expreſſum reuertendum dico quod, ut uobis notum eſt, inuenire declinationem ueram ſtelle ab equinoctiali, quod maximum et quaſi unicum fundamentum eſt in omnibus calculis aſtrologie, et ipſo deficiente omne edificium ſuper ipſum conſtructum in ruinam cadet, uidi per aliquos auctores doctrinam dari ad inueniendum declinationes ſtellarum. Habentur libri quorum doctrina eſt accipere latitudinem ſtelle atque declinationem gradus ecliptice, in quo dicitur ſtella eſſe, et ſi ambo ſunt in eiuſdem parte ſeptemtrionali, ſeu meridionali, ipſas copulare, ſi uero una fuerit meridionalis, alia uero ſeptemtrionalis, demere minorem a maiori, et que poſt copulationem aut ſubtractionem peruenit elongationem ſtelle ab equinoctiali vocant cuius diametri accipiendus eſſet ſinus, nam prima fronte doctrina ipſa uidetur falſa, quare arcus latitudinis et arcus declinationis, quibus procedit a ſuo polo, et ſunt duo diuerſi arcus ſe ſecantes ſupra anteriorem ſtelle, (nec exceperis ſolum ſinum) accipi poteſt; dicunt etiam dictum ſinum multiplicari debere per ſinum aut cordam reſidui maxime declinationis & productum diuidere per ſinum reſidui complementi declinationis ecliptice et hoc modo dicatur declinationem ueram ſtelle cum ſua latitudine inuenire. Certe neſcio hanc demonſtrationem linearem, nec inuenit

inuenit albategni *) ipſam demonſtrationem; ſed narrando regulam ipſam — conclúdit. Miror etiam de Ioanne anglico **) peritiſſimo & docto, qui in ſuo commento ſuper tabulas toletanas per arzachelem ***) conſtructas hoc affirmat, abſque alia demonſtratione, & propter hoc declarari a uobis uolebam, ſi per aliquam demonſtrationem hoc uerificabatur, quare declinationes per hunc canonem inueníte notabi-

*) Muhammed Ben Geber al Batani, (in quo Meſopotamiae oppido natus fuit) qui uulgo *Albategni* appellatur, Dynaſta Syriae, circa A. C. 880. Aractae ſ. Rachae Meſopotamiae atque Antiochiae obſeruationes ſiderum inſtituit nouasque tabulas adornauit, quia Ptolemaei tabulas emendatione opus habere intelligebat. Opus de numeris et motibus ſtellarum, ab Ioh. Regiomontano additionibus et demonſtrationibus auctum prodiit Norimbergae 1537 ap. Ioh. Petreium. 4. Recuſum Bononiae, 1645. 4.

**) Forſan Ioh. Peckham, ſ. Peccamus eſt, Archiepiſcopus Cantuarienſis, Angliaeque totius Primas, ſcripſitque A. C. 1279 Libros II. de Perſpectiua, editos Coloniae, 1627. 4. Sine dubio commentarius in tabulas Toletanas adhuc in Bibliothecis latet. Non eſt confundendus cum Iohanne Angelo, Aicha Boio, A. C. 1512 Viennae, ubi Matheſin docuit, mortuo. Nec eſſe poteſt Iohannes Londinenſis, Geometra, cuius MSS. ſunt in Bibliotheca Cottoniana, nunc in Muſeo Britannico. Cf. Heilbronneri Hiſtoria Matheſ. pag. 590.

***) Vixit A. C. 1080 in Hiſpania. Auctor putatur Tabularum Toletanarum. Vid. Weidleri Hiſt. Aſtron. pag. 215. Aben Eſra, additamentis ad librum, cui titulus, Initium Sapientiae, (uid. ſupra pag. 27) Arzachelem nemini ſuorum temporum comparandum cenſet; quippe qui inueſtigauit locum ſolis (aequinoctium) in ſeculo ſuo. Snellius in addit. ad obſeruat. Haſſiac. p. 103. Magiſtri Iohannis de Sicilia Expoſitio ſuper Canones Tabularum Arzachelis commemoratur in Th. Hyde Catalogo MSS. Angliae &c. Oxoniae 1697. pag. 63.

tabiliter differunt a declinationibus per tabulas per me conſtructas, et dico quod omnes calculi hactenus ſupra hoc fundamentum facti male concludunt, et hoc demonſtraui in libro florum, *) atque narraui in tractatu de primo mobili, ubi dedi regulas ad hoc inueniendum et faciliter cum tabulis per me compoſitis, uidelicet in tabula rubricata t a declinationis per arcum latitudinis ſecundum Jo. blanchinum, prout eſt linea k n ſecta per arcum tranſitionis per utroſque polos zodiaci, et ta radicum eſt ſecundum me in qua inueniantur aſpectus ut arcus a k, in quibus ad multas proportiones notabiliter et optime concluditur, puta data eſt ſtella in gr. 9 min. 15 leonis cum latitudine gr. 57 min. 2 et quero declinationem ipſius, primo inuenio declinationem ipſius in tabula ſecundum Joannem blan. quam inuenio gr. 18 min. 39 ſecund. 30, quos ſubtraho de 90 reſtant gradus 71, minuta 20, ſec. 30 cum quibus in tabula magiſtrali prima inuenio numerum correſpondentem 9675 quos expreſſe ſaluo, poſtmodum copulabo latitudinem cum ſupra ſcripta declinatione quia ſunt in eodem arcu et in eadem parte, eruntque in ſumma gr. 75 min. 41 ſec. 30, quorum ſinus per tabulas inuenio in numeris 50138 quos multiplico per numerum ſupra ſaluatum et producuntur ſecundum doctrinam canonum 56249 fere ex quibus per tabulam ſinus inuenio arcum gr. 69 min. 38 et hec eſt uera declinatio ſtelle.

Quia

*) Almageſti, quaſi *το μεγιςον.* Ita uocarunt Cl. Ptolemaei *μεγαλην συνταξιν*, quam circa A. C. 827 ex graeco in uernaculum ſermonem transtulerunt Alhazenus Arabs et Sergius Chriſtianus, iuſſu Almamonis. Ex Arabico in latinum ſermonem translata eſt auſpiciis Friderici II Imp. A. C. 1230.

Quia preteritis diebus continuo moram traxi zure ut alias uobis dixi, nec habui nuntium uobis tranſmittendi reſponſiones ad queſita ueſtra, tamen ex mandato Illuſtriſſimi domini mei die 2 inſtantis menſis huc ad officium meum ueni, et preſenti hora per nuntium prefati Illuſtriſſimi domini mei raptim litteras iſtas egregio uiro triſſino deſtinaui, ut uobis fideliter reddat, correptionibus ueſtris omnia ſubiacebunt. Ex feraria die V^to februarii 1464 hora 3^cia noctis

totus ueſter Joannes de blanchinis. *)

Inſcriptio:

Venerabili et doctiſſimo Viro
dño Joanni Germano Reuerendiſſimi
dñi dñi . . legati cet.

5.

Reſponſio Iohannis Regiomontani.

Fol. 47. Ioannes germanus ad Joannem de Blanchinis ferrarienſem. *)

Accepi undecima menſis huius Februarii litteras ueſtras expectatiſſimas, doctiſſime uir, que non parum ceptam inter nos conſuetudinem atque amicitiam adauxere et nobis mirum in modum obſequentem me reddidere, non modo

*) Vid. Tab. 2, num. III.

**) Vid. Tab. 2, Num. II.

modo quod meis reſpondeant litteris, uerum etiam quod doctiorem me in dies reddant, et res occultas inueſtigandi calcar adiiciant. immortales igitur dominationi ueſtre gratias habeo, que non ceſſat Ioannem ſuum germanum familiariter adoriri. Dabitis, ſpero, ueniam ſi reſponſiones ſiue deciſiones ueſtras ad interrogata mea ex ordine meminero: non equidem, ita me deus amet, animo ſuperbiendi aut reprehendendi iſtec faxo, ſed ut ueritas ipſa luceſcat, conabor pro uiribus circa ſingula aliquantiſper immorari. In primo queſito poſui ſtellam unam *) in gradu 10 minutis 25 tauri ſine latitudine, item aliam in gr. 27 minutis 29 tauri. abſque latitudine, terciam uero habentem latitudinem ſeptentrionalem, et diſtantem a prima per gr. 6 minuta 18. a ſecunda autem per gr. 20 minuta 47. Reſpondiſtis: ſi daretur alterum duorum uidelicet aut latitudo tercie ſtelle ab ecliptica, aut locus eius in ecliptica. reliquum quoque notum fieret. Verum illud dixiſtis, et ſolueram hoc per figuram ſectoris aut per ſcientiam triangulorum ſpheralium facilem. Quod ut lucidius accipiatur, ſit portio **) ecliptice x q prima ſtella ſit in h puncto ecliptice, ſecunda in k puncto eiuſdem, tercia autem ſit in L extra eclipticam, ita ut arcus L h ſit gr. 6 minuta 18, arcus uero L k gr. 20 minuta 47. Super puncto L facto polo deſcribo circulum magnum in ſphera cuius arcus n q coincidat ecliptice in puncto q polus ecliptice ſit y per quem et polum circuli n q qui eſt punctus L incedat circulus maior in ſphera y L n ſecans eclipticam in x et circumferentiam circuli ſupra L de-

*) Vid. Tab. 3, Fig. II.

**) Vid. Tab. 3, Fig. III.

deſcripti in n duoque arcus L h et L k continuentur donec occurrant arcui n q in punctis o et p. manifeſtum erit unumquemque trium arcuum L n, L o, et L p eſſe quartam circumferentie circuli maioris in ſphera, itemque duo arcus x q et q n erunt quadrantes. Hec ex primo et ſecundo Theodoſii de ſpheris aut ex primo Gebri hiſpalenſis clara trahuntur. Eſt autem arcus x L latitudo ſtelle tercie, qui ſi ſupponeretur notus, arcus quoque x n innoteſceret. Cum autem proportio L n ad n x ſit compoſita ex proportione L o ad o h et o x proportione h q ad q x, de ſinibus intelligo, quinque autem horum ſinuum noti ſunt, arcus enim h o notus erit propter arcum L h datum. Quare et arcus h q notus erit, et reſiduus de quarta arcus x h, cumque punctus h ſit datus in ecliptica, erit et x cognitus uidelicet locus uerus ſtelle L. Idem fieret ſi uteremur figura L n q k. concluderetur eius arcus k x cognitus et inde punctus x. Si autem locus eius in ecliptica eſſet datus, propter punctum h etiam datum cognoſceretur arcus x h et inde arcus h q reſiduus de quarta fieret ut antea proportio L n ad n x compoſita ex duabus proportionibus ſcilicet L o ad o h et h q ad q x, de ſinibus loquor, omnibus autem notis preter arcum n x ipſe quoque notus eliceretur et hinc reſiduus de quarta x L ſeu latitudo ſtelle. Quo autem pacto procederetur per ſcientiam triangulorum ſpheralium, ſi alterum duorum predictorum datum eſſet, nunc ſilentio pretereundum cenſeo cum ad uos non dum uenerint Libelli mei triangulorum, ubi enim uos uidebitis, amplior conuerſationis noſtre dabitur materies. Sed cum neutrum duorum dictorum ſit datum uidendum eſt quonam modo ad queſi-

queſitum perducamur. triangulus ſpheralis L h k tria latera habet cognita, et nihil aliud cognitum eſt. Quod ſi unus angulorum eius quicunque eſſet notus reliqui quoque innoteſcerent et inde arcus L x quemadmodum in tercio triangulorum demonſtratum uidebitis deo uolente, notus redderetur cum arcu x h cumque ypotheſis dederit punctum h faciet, et punctus x inuentus ſcilicet locus ſtelle L in ecliptica. Sed neque aliquis angulorum trianguli L h k notus ſupponitur. Quid igitur reſtat? In tercio triangulorum ex tribus lateribus trianguli ſpheralis cognitis tres angulos eius dimetiri doctum eſt. Vnde et reliqua que commemorata ſunt nota fieri neceſſe eſt. Cum autem hiſce mediis uti iam non liceat, aliam uiam aggrediar. Reſpicite figuram L o k q ubi proportio L o ad o h componitur ex duabus, ſcilicet proportione L p ad p h et k q ad q h, ſinus appello, proportio item L o ad o h componitur ex duabus, ſcilicet proportione L o ad k p et proportione k p ad o h. (in ſinibus ſemper uerſor,) arcus autem L o equalis eſt arcui L p, quare proportio L o ad o h componitur ex proportione L p ad p k et proportione p k ad o h, ablata utrobique eorum proportione L p ad p h, manebit proportio p k ad o h ſicut k q ad q h. uterque autem arcuum p k et o h notus eſt propter ſua complementa L k et L h per ypotheſim data, quare proportio ſinus arcus h q ad ſinum arcus q k eſt data, horum quoque arcuum differentiam notam ſubiecit ypotheſis, arcum h k propter duo loca ſtellarum h et k data. Vnde per unam concluſionem ptolemei in capitulo duodecimo prime dictionis uterque arcuum h q et q k notus occurret. Iam ad figuram L n q h reuer-

tendum. proportio L n ad n x ex duabus conſtat, proportione L o ad o h et proportione h q ad q x. de ſinibus dico. Omnia autem, ut breuior ſim, nota ſunt propter arcum n x, unde et propter argumentationem memoratam ipſe non ignorabitur; hinc arcus x L notus erit, qui eſt latitudo ſtelle ab ecliptica. Locum autem uerum ſtelle L in ecliptica ex dictis facile eſt percontari. Oportet autem ſtellam L eſſe in gr. 7 minutis 25 tauri cum latitudine ſeptentrionali gr. 5. minutorum 31. Meminit autem dominatio ueſtra 12e et 13e propoſitionum ſecundi Euclidis ex quibus perpendiculares in triangulis planis rectilineis queruntur. ego autem dictis proportionibus non utor, nam nihil Loci habent in hoc meo propoſito. Hec de primo.

In ſecundo ſupponebantur due ſtelle habentes latitudines ſeptentrionales, una quidem gr. 9 minuta 26. alia uero gr. 35 min. 53 et diſtantia inter centra ſtellarum erat gr. 8. minuta 45 rel. Veſtrum reſponſum eſt hanc poſitionem eſſe impoſſibilem. et confiteor me ex propoſito ita ſuppoſuiſſe, ut intelligerem, ſi apud uos eſſet Menelaus *) de ſphericis figuris, in cuius tercio libro quinta pro-

*) Vixit temp. Imp. Traiani. Exſtant adhuc huius praeſtantiſſimi Geometrae tres Libri Sphaericorum in Marii MerſenniSynopſi Mathematica, (Pariſ. 1644. 4.) pag. 205 latine ex arabico translati, et Libri VI de Subtenſis ſeu chordis. *Menelai Sphaerica, noua editione*, commemorantur in indice operum Regiomontani. Sed deperdita ſunt, uti plurima Regiomontani. Vid. Doppelmayr *hiſtor. Nachricht von den Nürnbergiſchen Mathematicis und Künſtlern*, pag. 20. Weidler in Hiſtoria Aſtron. pag. 313. repetiit Indicem operum Iohannis

propoſitio iam diu me ſuſpenſum tenuit, quotquot reperio exemplaria omnia in hac parte imminuta ſunt. alii uocant Mileum, ne nomen uos aliud perſuadeat alium eſſe librum quam uos putatis, ſed Menelaus uere dicitur, in

 cuius

hannis de Monte Regio ex editione Vindobonenſi 1514 fol. Purbachii tabularum eclipſium, et Regiomontani tabularum primi mobilis, quibus Georgius Tannſtetterus ſubiunxit Regiomontani indicem. Leguntur inter alia *Perſpectiua et Muſica Ptolemaei, cum expoſitione Porphyrii.* Sed triſti fato deperdita ſunt incuria heredum Bernardi Waltheri. Iam d. 26 Nouembris 1774 egregius Scientiarum mathematicarum Hiſtoriographus, amiciſſimus Dom. Montucla, occaſione MSStorum Kepleri ita ad me Lutat. Pariſior. ſcripſit: *Je dois ainſi que tous ceux qui s'intereſſent aux Mathématiques et aux Mathematiciens illuſtres, vous témoigner la part que je prens à la découverte que vous avez faite des Manuſcrits de Kepler. C'eſt une obligation très grande que vous auront dans tous les temps les Mathématiciens . Car tout ce qui vient des hommes de la claſſe de Kepler ne peut manquer d'être tres intereſſant, et j'apprens avec bien du plaiſir que l'Académie Impériale de Petersbourg travaille à les publier par l'entremiſe de M. M. Euler et Lexell. Je preſume que vous avez parcouru dans la Bibliotheque de Nuremberg tous les Manuſcrits de Regiomontanus qui doivent s'y trouver. Car on ſçait qu'ils y paſſerent pour la plupart après avoir été longtemps enſevelis par Walther. Or ón lit dans un catalogue des manuſcrits de Regiomontanus donné par Tannſletter en 1514, que parmi ces manuſcrits èn exiſtoit un qui étoit la traduction de la Muſique et de l'Optique de Ptolémée, Ce ſeroit vraïement une belle découverte que celle de cet ancien ouvrage; et ce Manuſcrit n'auroit il pas[illegible]onné à Walther* (Doppelmayr. pag. 25 Remarque z) *l'idée des réfractions aſtronomiques qu'on ne peut douter lui avoir été connuës, puiſqu'il a cherché à en éviter l'effet dans ſes obſervations. Si vos occupations vous permettoient de réite-*

cuius primo demonſtratum eſt, quod cuiuslibet trianguli ex arcubus circulorum magnorum in ſphera conſtantis duo quelibet latera tercio reliquo ſint longiora. penultima autem primi aut alie que de figuris planis rectilineis demonſtrate ſunt concluſiones propoſito non ſeruiunt. Impoſſibilitatem ſic colligo. Sit arcus *) ecliptice d e, polus eius g, ſtella prima ſit in a, demitto a polo ecliptice per punctum a quadrantem g z. Aut igitur ſtella ſecunda eſt in quadrante g z aut extra eum. ſi in eo ſit b, erit arcus z b gr. 35 min. 53 ſed arcus z a eſt gr. 9. min. 26 quare arcus a b erit gr. 26. min. 27. ſed ex ypotheſi oporteret eum eſſe gr. 8 minuta 45 quod eſt impoſſibile. ſi autem ſtella b fuerit extra quadrantem g z ducatur a polo ecliptice alius quadrans per ipſam, qui ſit g h, producto arcu a b. erit itaque arcus g b $\overline{54}\ 7'$. arcus g a $\overline{80}.\ 34'$ et arcus a b $\overline{8}\ 45'$. duo ergo latera g b et a b trianguli ſpheralis a b g coniuncta minora ſunt tercio, quod eſt impoſſibile.

35

réiterer ou de faire cette recherche, et enſuite de m'en marquer le réſultat, je vous ſerois bien ſenſiblement obligé. Je crois auſſi que l'examen et une notice un peu détaillée de tous ces Manuſcrits pourroient former la matiere d'un article très curieux ſur Regiomontanus et Walther qu'on peut regarder comme les reſtaurateurs de l'Aſtronomie en Europe, et qui à ce titre meritent fort qu'on s'intereſſe à leur mémoire.

*) Vid. Tab. 3. Fig. IV.

		35	53
		9	26
		26	27
g	b	54	7
g	a	80	34
a	b	8	45
		62	52

impoſſibile

g	a	54	7
g	b	80	34
a	b	32	29

Si ergo ponetur arcus a b gr. 32 min. 29, binum ſtabit poſſibile. Sed nolo quod dominatio ueſtra fatigetur querendo arcum z h ſcilicet diſtantiam ſtellarum ſecundum longitudinem zodiaci, labor enim multus eſt, et iam planus ex eis, que ſuper primo queſito commemorata ſunt.

In tercio queſito ponebatur circulus habens diametrum 60 pedum, cui inſcriptum intelligebatur quadrangulum latera quatuor habens in proporcionibus horum numerorum 4. 7. 13. 17. et querebatur arca huius quadranguli. Quadrangulum illud intelligebam rectilineum, nam ſi eſſent latera eius curua, et ſuper circumferentiam circuli dati, non diceretur quadrangulum, cum circumferentia circuli nullum admittat angulum. Reuera hoc queſitum eſt ſatis arduum. quamobrem paulo altius ordiendum arbitror, quo facilius expediri poſſit. Premitto autem has concluſiones,

1. Omnis quadranguli plani rectilinei quelibet tria latera ſimul ſumpta quarto reliquo ſunt longiora. Sit tale *) quadrangulum a b g d cuius due diametri a g et b d. Dico quod de eo uerificetur preſens concluſio. Sunt enim trianguli g a b g duo latera a b et b g per uiceſimam primi Euclidis longiora latere a g. itemque g a et a d latera trianguli g a d ſunt ſcripta longiora ipſo latere eiuſdem g d. tria igitur latera g b, b a, et a d longe maiora ſunt latere g d. Non aliter de reliquis omnibus lateribus predicabitur.

2. Ex omnibus quatuor lineis rectis quarum quelibet tres ſimul iuncte quarta ſunt longiores, poſſibile eſt fieri quadrangulum circulo inſcriptibile Sint quatuor huiuſmodi linee **) a b c et d, quarum minima ſit a, quam conſtituo diametrum ***) circuli e h g. palam quod circulo e h g non poſſint inſcribi quatuor ille propoſite linee conterminaliter, cum minima earum non ſit minor diametro circuli e h g. ſed et nemini dubium eſt quin aliquis ſit circulus ita magnus quod ſi tres propoſitarum linearum aut eis equales poſuerimus in eo tanquam cordas conterminales, et deinde quartam, remaneat arcus aliquis abſque corda, uolo dicere, quod ſecundus terminus quarte linee et primus prime non coincident. duos ergo conſtat eſſe circulos quorum alteri quatuor date linee non poſſunt immitti conterminaliter propter nimiam eius circuli paruitatem, alteri uero non poſſunt hoc pacto inſcribi

*) Vid. Tab. 3, Fig. V.

**) Vid. Tab. 3. Fig. VI.

***) Vid, Fig. VII.

ſcribi propter nimiam eius magnitudinem. Neceſſe eſt igitur, cum ſint infiniti circuli medii inter eos, ad aliquem peruenire cui dicte quatuor linee poſſint inſcribi. Hec certa ſunt et intellectum faciunt quietum. quare ad alia me tranſfero.

3. Non eſt neceſſe omne quadrangulum uel rectilineum circulo eſſe inſcriptibile. Sit enim circulus *) a b g d, in quo ordinentur quatuor corde a b, b g, g d, et d a ut libet, ſibi conterminales, quadrangulum a b g d concludentes, ſignetur quoque punctum h extra circulum, in lineam g b continuatam. Dico quod impoſſibile ſit quadrangulum a h g d inſcribi circulo. Si enim poſſibile eſt, eſto per aduerſarium, ducaturque diameter a g communis ambobus quadrangulis. Duo itaque anguli a h g et a d g ex confeſſione aduerſarii et 21 tercii Euclidis duobus rectis angulis ſunt equales: ſed et duo anguli a b g et a d g ex ypotheſi et eadem 21ma tercii Euclidis duobus rectis equipollent. duo igitur anguli a h g et a d g equabuntur duobus a b g et a d g ablatoque utrobique angulo a d g reliquus erit angulus a b g equalis angulo a h g, extrinſecus intrinſeco, quod eſt impoſſibile et contra 16am primi elementorum. Ad idem inconueniens redigeretur aduerſarius, ſi dixerit quadrangulum a k g d inſcriptibile circulo, poſito k puncto in triangulo a b g aut in altero laterum eius. Non eſt ergo neceſſe omne quadrangulum rectilineum inſcriptibile eſſe circulo, quod erat demonſtrandum.

*) Vid. Tab. 3, Fig. VIII.

4. Omne quadrangulum rectilineum *) cuius duo anguli ſibi oppoſiti duobus equantur rectis, circulo eſt inſcriptibile. Quadranguli a b g d rectilinei duo anguli a b g et a d g duos rectos ualeant. Dico ipſum inſcriptum iri circulo. Ducta enim diametro quadranguli a g per 5tam quarti elementorum euclidis, licet triangulo a d g circumſcribere circulum. Fiat igitur et ſit circulus huiuſmodi a g d, cuius circumferentia ſi tranſibit punctum b, habetur intentum. Si non, ponatur a b indefinita ex parte b, quam neceſſario ſecabit circumferentia circuli a g d aut ſupra b aut infra. Si ſupra, eſto in puncto in h, ductaque linea recta h g erit quadrangulum a h g d in circulo, unde ex 21a tercii Euclidis, duo anguli d et h duobus rectis equiualebunt. ſed et duo anguli a d g et a b g per ypotheſin duos ualent rectos, per eorum ergo ſcientiam relinquetur angulus a b g equalis angulo a h g extrinſecus intrinſeco, quod eſt ipſomet 16 primi ratiocinante. Idem et eodem modo inconueniens redundabit, ſi circumferentiam circuli a g d quis dixerit ſecare lineam a b infra punctum b.

5. Propoſito quadrangulo rectilineo, ſit ne inſcriptibile circulo, an non, explorare. Vtrique duorum angulorum quadranguli ſibi oppoſitorum equalem conſtituemus ſuper puncto unius linee per 23 primi **), inde quoque ſint ne equales duobus an non, facile docebimur. Si igitur equales fuerint duobus rectis, quadrangulum ipſum circulo erit inſcriptibile. Si uero inequales, nullus circulus unquam ipſum circumſcribet.

6. Quad-

*) Vid. Tab. 3, Fig. IX.

**) ſcil. Euclidis.

6. Quadrangulo cuius duo inuicem oppoſiti anguli duobus rectis equipollent, circulum circumſcribere. Sit tale quadrangulum a b g d, cuius duo anguli b et d duobus rectis equiualeant, uolumus ei circumſcribere circulum. Ducta diametro a g ex proceſſu antepremiſſe conſequemur intentum.

7. Si in quadrangulo rectilineo quod circulo inſcribitur, due eius diametri producantur ſe ſecantes, erit proportio unius partis ad reliquam eiuſdem diametri partem ſicut eius quod ſub duobus lateribus quadranguli. hinc partibus conterminalibus continetur ad id quod ſub reliquis duobus lateribus alteri uidelicet parti conterminalibus continetur rectangulum. In figura clarebit facilius.*) Quadrangulo a b g d circumſcriptus ſit circulus a b g d ſintque due eius diametri b d et a g ſecantes ſe in puncto h. Dico quod proportio linee b h ad lineam h d eſt ut proportio eius quod continetur ſub duobus lateribus a b et b g ad id quod continetur ſub duobus a d et d g. Cuius demonſtrationi incumbendum eſt. Aut enim duo anguli b a g et g a d equales ſunt aut non. Si fuerint equales erunt et due corde b g et g d per 25 et 28 tercii equales. per terciam autem ſexti proportio a h ad h d ſicut b a ad a d et talis etiam eſt proportio eius quod ſub g b et b a ad id quod ſub a d et d g, prima ſexti arguente propter duas cordas b g et d g equales. Si uero alter dictorum angulorum altero maior ſit uerbi gratia angulus g a d maior angulo b a g, fiat angulus e a d equalis angulo b a g, ductis cordis b e et d e, itemque a e ſecante cordam b d in k. unde conſtabit cordam e d equa-

*) Vid. Tab. 3, Fig. X.

equalem eſſe corde b g. item cordam b e equalem ipſi g d. erit enim angulus b a e equalis angulo g a d angulo g a e facto communi. Cum itaque angulus e a d equalis poſitus ſit angulo b a g duoque anguli a b d et a e d equales, quod in unum arcum a d cadant, erunt 32ª primi adiuuante duo trianguli a b h et a e d equianguli, quare per quartam ſexti proportio b h ad h a ſicut e d et ideo b g ad a d. Similem probabimus duos triangulos a h d et a b e eſſe equiangulos et ideo proportionem a h ad h d eſſe ſicut a b ad b e ſiue ad g d. ſed proportio a h ad h d componitur ex duabus proportionibus, ſcilicet proportione linee b h ad h a et proportione h a ad h d quarum prima quidem eſt ut b g ad a d, ſecunda uero ut a b ad g d, ex quibus per 24 ſexti componitur etiam proportio eius quod ſub a b et b g ad id quod ſub a d et d g. quare proportio b h ad d e h d eſt ut eius quod ſub a b et b g ad id quod continetur ſub a d et d g, et hoc erat concludendum.

8. Datis quatuor lateribus quadranguli circulo inſcripti proportio diametrorum eius inter ſe cognita ueniet. Reſumpta priori figuratione. ſint date quatuor linee a b, b g, g d et a d. Dico quod proportio b d diametri ad a g nota prodibit. Erat enim ex precedenti b h ad h d ſicut eius quod ſub a b et b g noti propter ypotheſin ad id quod ſub a d et d g notum ſumetur. ſic proportio b h ad h d nota redditur. et ideo coniunctim proportio b d ad h d non erit ignota. Similiter per omnia probabitur, proportionem a g diametri ad g h fieri cognitam, eſt autem g h ad h d data, quam ſicut b h ad h a per 34 ter-

tertii et 15 ſexti. proportio igitur diametri a g ad portionem h d data fiet. duarum itaque diametrorum b d et a g utraque ad lineam h d' proportionem habet datam, unde nimirum earum inter ſe proportio nota ueniet quod expectabatur lucubrandum. Nonnullos autem probationum locos allegare neglexi cum nihil ambigui habeant et ex primo triangulorum unicuique plana occurrant.

9. Si quod ſub duabus rectis Lineis proportionem notam habentibus continetur rectangulum datum fuerit utraque earum nota proclamabitur. Sint due recte a b et b g *) quarum proportio nota, quadrangulum b h g e, rectangulum et notum continentes. Dico quod utraque earum data inuenietur. prolongetur enim g b directe donec b a fiat equalis ipſi b h ſuper qua conſtituatur quadratum d a b h. Erit itaque per primam ſexti a b ad b g ſicut quadrati d b ad parellelogrammum heg, proportio autem a b ad b g eſt ut h b ad b g nota per ypotheſim, unde proportio d b quadrati ad ſpatium h g rectangulum nota elicietur. eſt autem h g notum ex ypotheſi, quare et quadratum d b non ignorabitur. hinc coſta ſua b h non latebit, cuius cum proportionem ad lineam b g ſubiecerit ypotheſis, iccirco et linea b g nota proſiliet.

10. Quadranguli circulo inſcripti quatuor latera nota habentis diametros quoque cognitum iri. Sit tale quadrangulum a b g d cuius due diametri ſint a g et b d, latera autem quatuor eius ſint data. **) Dico quod et dia-

*) Vid. Fig. XI.

**) Vid. Fig. XII.

diametri pateſient. erit enim per 8 huius proportio diametrorum nota. quod autem ſub diametris continetur equum eſt his que ſub binis lateribus ſibi oppoſitis continentur ſimul ſumptis, que autem ſub binis lateribus continentur, nota ſunt propter latera ipſa nota, unde et per precedentem utraque earum cognita reddetur.

11. Datis quatuor lateribus huiuſmodi quadranguli diametrum circuli ſibi circumſcripti inuenire. Repetita figura precedentes due linee a b et b g note habebuntur per ypotheſim, ex precedenti autem et a g nota declarabitur. triangulus ergo a b g circulo circumſcriptus *) diametrum ipſius circuli notam ſuſcitabit. quod erat abſoluendum. Plures autem cum ſint modi ex tribus lateribus trianguli rectilinei notis diametrum circuli ſe circumſcribentis inuenire, eum eligo qui ceteris et facilior et breuior apparet. a puncto b ad Lineam a d demitto perpendicularem b h quam notam habebo propter latera trianguli a b g cognita. eſt autem proportio b h perpendicularis ad latus a b ſicut lateris b g ad diametrum circuli a b g, cumque tres harum linearum ſint note, diameter circuli non ignorabitur. hunc autem modum diametrum circuli inueniendi alibi demonſtratum tradidi. **)

Sed ne diutius equo detineamini, ad hoc queſitum reſpondere licet hoc pacto. Cum ſint date proportiones quatuor linearum que claudere debent quadrangulum, pono pro libito lineam z e quotlibet pedum, et reliquas lineas

*) Vid. Fig. XIII.

**) Nimirum in opere, de triangulis omnimodis. *M.*

neas e l, l k, et k z ſecundum proportiones datas, et ut ſit breuius *) linea z e 4 pedes, linea e l 7, (ped) linea l k 13 et linea k z 17 pedum. **) Poſſibile autem eſt per ſecundam huius eſſe circulum cui conterminaliter inſcribentur hec quatuor linee cum tres earum quelibet quarta reliqua ſint longiores. ſit ergo circulus ille z e l k, cuius diameter z p nota erit reſpectu linee z e per precedentem. erit autem et area quadranguli z e l p nota, quum ex decimo huius diameter quadranguli z l nota habebitur, ſit uterque triangulorum z e l et z k l tria habebit cognita latera, unde et utriuſque area nota reddetur, hinc que totius quadranguli area innoteſcet. Si igitur diameter z p circuli z e l k eſſet 60 pedum, ſatis iam rurſum pateret. Et ſi non fuerit 60 pedum ponatur linea a n 60 pedum, et fiat diameter circuli a b g d, cui circulo inſcribatur quadrangulum ſimile quadrangulo z e l k, cuius rei diſpoſitionem cum et poſſibilis et facilis ſit pretereo. quadrangulum tale ſit a b g d, ad cuius aream ſe habet area quadranguli z e l k ſicut quadratum diametri z p ad quadrantem diametri a n, cumque tres harum quantitatum ſint note, quarta quoque innoteſcet quod erat abſoluendum. Quare autem aree quadrangulorum ſimilium et quadrata diametrorum circulorum quibus quadrangula inſcripta ſint eandem habeant proportionem, nemini docto ignotum eſt. De hoc iam ſatis. Quo autem pacto numeris illud expediendum ſit, ex commemoratis facile addiſcetur, ſed labor ingens et diuturnus.

Ad

*) breuior.

**) Fig. XIV.

Ad quartum reſpondetis minime eſſe poſſibile includere in ſphera pyramidem ſex diuerſorum laterum pro libito proportionalium, cet. Verum et bene reſpondetis. Sed infinite poſſunt dari huiuſmodi pyramides ſphere inſcriptibiles. quod ut apertius fieret multa premittenda eſſent. ſed paucula nunc commemorabo. Intelligo ſpheram cui inſcripta eſt huiuſmodi pyramis,*) uocaboque ſpheram primam et pyramidem primam. deinde pono lineam a b ut unum ex illis ſex numeris 3. 5. 8. 10. 11. 13. uerbi gratia 10 pedes et lineam a g 8 pedes, lineam g b 3 pedum, donoque triangulum a b g baſim pyramidis ſecunde hoc pacto. per 26 undecimi apud punctum g conſtituo angulum ſolidum equalem angulo ſolido prime pyramidis, qui eſt apud latera baſis prime pyramidis proportionalia duobus lateribus a g et g b trianguli a b g. oportet enim triangulum a b g equum angulum eſſe baſi prime pyramidis, ductaque linea g k ſurgente a ſuperficie trianguli a b g ſumatur ex ea g d pedum 11. a puncto quoque d ſublimi demittantur ad terminos linee a b due alie recte d a et d b. Iam confectam habemus pyramidem ſex notorum laterum, eritque omnino ſimilis prime pyramidi licet fortaſſe non equalis eidem. huic pyramidi ſecunde intelligatur ſphera circumſcribi, quam uocabo ſpheram ſecundam. omni enim pyramidi baſim habenti triangularem ſphera circumſcriptibilis eſt. Hec autem omnia alibi demonſtrata dedi. Si itaque ex notis lateribus pyramidis ſecunde inueniemus diametrum ſphere ſe circumſcribentis, quemadmodum poſſibile eſt et demonſtratum, plana erunt omnia. Nam cubus circumſcribens ſpheram ſecun-

*) Fig. XV.

cundam ad cubum, qui circumſcribit ſpheram primam eſt ut corpulentia pyramidis ſecunde ad corpulentiam pyramidis prime. Hec tenent propter ſimilitudinem cuborum et pyramidum, et habitudinem eorum ad ſpheram ſecundum inſcriptionem et circumſcriptionem. In his non moror. ſi enim ſatis lucubrari deberent, nimium prolixus euaderem. ſed certa ſunt omnia. modum autem metiendi corpulentiam pyramidis ſex latera cognita habentis iam alibi conſcripſi, ſic duo cubi noti erunt et corpulentia pyramidis ſecunde, unde et corpulentia pyramidis prime cognoſcetur. eſſetque reſponſum ſatis ad hanc interrogationem.

Sed profecto non facile eſt explorare an ex ſex lineis habentibus proportiones ut ſex numeri dati, ſit conſtituibilis pyramis trilatera. propter uariam combinationem huiuſmodi linearum poſſibilem fieri, propter multas quoque paſſiones pyramidi trilatere conuenientes. Sit enim huius explanandi gratia pyramis *) cuius baſis trilatera h k l et uertex n, quam claudunt quatuor trianguli plani rectilinei et ſex linee recte, que habebit quatuor angulos ſolidos ex nouem ſuperficialibus angulis reſultantes. Cum itaque hec pyramis ex triangulis planis rectilineis conſurgat, de quibus demonſtratum eſt in uigeſima primi, cuiuſlibet eorum quelibet duo latera ſimul ſumpta tertio reliquo eſſe longiora. Item cuiuſlibet anguli ſolid ex tribus ſuperficialibus angulis rectilineis contenti, duos quoſlibet ſuperfinales ſimul ſumptos maiores eſſe tercio, omnes autem tres coniunctim minores quatuor rectis, hec ex

*) Vid. Tab. 3, Fig. XVI.

ex uigeſima et uigeſima prima undecimi. Oportuit igitur in pyramide a b g d ſuperius *) ſignata angulum a g d et angulum d g b ſicut iunctos maiores eſſe angulo a g b, itemque tres angulos ſuperficiales in puncto g confluentes minores eſſe quatuor rectis. Hec omnia penſanda ſunt prius quam ad corpulentiam inueniendam deſcendatur. Modum autem inueniendi corpulentiam huiuſmodi, et inueniendi diametrum ſphere circumſcribentis ipſam pyramidem et cetera his rebus neceſſaria nunc preterire ſtatui ne faſtidium pariam. De hoc nunc ſatis, nam ſi ad plenum abſoluere hoc queſitum uellem duo quinterni uix ſufficerent.

Velletis inſuper ſcire quantitates quatuor cordarum conterminalium in circulo quarum proportiones ſunt ut hi numeri 5. 7. 9. 12. Si ponetis diametrum circuli notam, ex ſupra dictis ſufficienter trahetur modus operandi quanquam laborioſiſſimus.

In quinto queſiui duos numeros quorum differentia eſſet radix quadrata de 5. etc. Queſiui duos numeros huiuſmodi non in unitatibus, ſcilicet in actu tantum, ſed in potentia etiam ſi opus fuerit. quemadmodum uos reſpondiſtis ad ſextum interrogatum, lucrum primi anni fuiſſe radicem cubicam de 2650000, demptis ab ipſa radice 100. hoc enim in ueritate non eſt numerus uulgaris. Ita etiam in queſtione mea ſatis erit determinare quorum numerorum radices ſint quales queruntur. Huiuſmodi enim numeris utuntur computatores algebre.

In

*) nimirum Fig. XV.

In ſeptimo ſubieci tres ſocios communiter poſuiſſe 70 ducatos et lucratos fuiſſe etc. non dixi eos equaliter poſuiſſe. ſed ſimul et communiter in principio anni uerbi gratia poſuiſſe 70 ducatos ita quod unuſquiſque poſuerit partem ſuam, ſed completis tribus menſibus primus recepit capitale ſuum cum lucro ſuo trium menſium et inuenit 15 ducatos. ſed duo capitalia duorum reliquorum ſteterunt amplius per duos menſes ita quod ambo in toto ſteterint per quinque menſes, quibus expletis ſecundus recepit capitale ſuum cum lucro, et collegit 25 ducatos amplius, capitale tertii ſtetit per unum menſem ita quod in toto ſtetit per 6 menſes, quibus expletis tertius inuenerit capitale ſuum cum lucro 50 ducatorum. queritur etc.

In octauo bene reddidiſtis numerum queſitum numerum 1103. ſecundum autem 3313. Satis eſt. nam infiniti ſunt tales quorum numerus eſt 1103. huic ſi addiderimus numerum numeratum ab ipſis tribus diuiſoribus ſcilicet 17. 13. et 10. habebitur ſecundus, item eodem addito reſultat tertius etc.

Hec de queſitis meis ad que licet ſufficientiſſime reſponderitis, libuit tamen circa ea paulisper immorari quo ſententiam meam planius acciperetis. Nunc ad interrogata ueſtra reſpondebo quam pauciſſimis potero. Primum erat illud. Tres ſunt ſtelle ex quibus due ſuper eodem gradu ecliptice dicuntur eſſe ſed per latitudinem ab ipſa declinantes uerſus ſeptentrionem. prima ſcilicet per gr. 3 minuta 25. ſecunda uero per gradus 28 minuta 48. tertia autem ſtella ipſas predictas ſequens ſecundum ſucceſſionem ſignorum in gr. 6 minutis 15 gemino-

 rum

rum cum latitudine ſeptemtrionali gr. 12. minutorum 9. cuius diſtantia a prima ſtella per arcum orbis magni a centro ad centrum eſt gr 26 minuta 40. Queritur diſtantia ipſius a ſecunda ſtella, locaque prime et ſecunde in ecliptica. Reſpondendo pono *) eclipticam a b cuius polus ſeptentrionalis ſit h, ſintque due ſtelle prime g et d in quadrante h l. punctus autem m ſit finis 6 graduum et 15 minutorum de geminis, demiſſoque quadrante h m ſignetur in eo tertia ſtella per notam e productis duobus arcubus circulorum magnorum e g et e d. Ex notis itaque arcubus g l, d l, e m, et e g, itemque puncto m dato queritur arcus e d cum puncto l. quod ut fiat continuetur arcus e g donec occurret ecliptice in puncto k. iam perducti ſumus ad eam uiam qua ſuperius in primo queſito meo utebar, erit enim proportio h m ad m e compoſita ex duabus proportionibus ſcilicet arcus h l ad l g, et proportionis g k ad k e, de finibus loquor, unde concluditur proportionem ſinus arcus e k ad ſinum arcus k g eſſe tanquam proportionem ſinus e m ad ſinum g l. cumque arcus e g datus ſit. qui eſt differentia duorum arcuum e k et k g erit per ſuperius commemorata uterque eorum cognitus. Quodſi per polum **) circuli k e qui ſit q et polum ecliptice h circulum magnum produxerimus qui ſecet arcum k e ſatis prolongatum in puncto s, ipſam autem eclipticam in puncto b. erit unuſquiſque arcuum h b, k s et k b quarta circumferentie magne, fietque proportio k b ad b l compoſita ex duabus proportione ſcilicet k s ad s g et proportione g h ad h l. (ſinus intelligo, non

*) Vid. Tab. 3. Fig. XVII.

**) Vid. Fig. XVIII.

non arcus) Cum autem omnia ſint nota propter arcum b l, eſt enim s g notus propter k g ſuperius notum. ſimiliter g h cognoſcitur propter latitudinem l g notam ex ypotheſi: quare et arcus b l non ignorabitur. Similiter per omnia inuenietur arcus b m ſi figura ſectoris utemur h b k e. Differentia igitur duorum arcuum b l et b m nota proſiliet, ſcilicet arcus l m, cumque punctus m ſit notus erit et l notus, locus uidelicet primarum duarum ſtellarum qui querebatur. Arcum autem e d metiemur ſi prius eum extenderimus ad partem puncti e, donec coincidat ecliptice in puncto p. ad partem autem puncti d donec occurret circulo magno per polum ecliptice h et polum circuli d e qui ſit t tranſeunti, quod fiat in puncto x, hic autem circulus per polos dictos incedens ſecet eclipticam in puncto y, eritque utrique arcuum p x et p y quarta circumferentie. Hec figuratio tenebit dum arcus d p minor quadrante fuerit, nam ſi aliter eueniet circulus per t et h polos tranſiens, aut coincideret circulo h l, aut ſecaret arcum d p. Sed argumentatio parum uariaretur. Redeamus igitur ad figurationem preſcriptam. ubi proportio h d ad d l componitur ex duabus, proportione ſcilicet h e ad e m, et proportione m p ad p l. ſi ergo ſubtraxerimus proportionem h e ad e m ex proportione h d ad d l, que ambe note ſunt propter terminos ſuos notos, relinquitur proportio in p ad p l cognita: de finibus loquor. cumque ſuperius inuentus ſit arcus l m qui eſt differentia duorum arcuum p l et p m, erit ex modo ſupradicto uterque eorum cognitus. Hinc et arcus l y innoteſcet. Eſt autem proportio p y ad y l compoſita ex duabus, ſcilicet proportione p x ad x d et

proportione d h ad h l. omnia autem nota ſunt preter x d. eſt enim h d arcus notus propter latitudinem ſecunde ſtelle d l cognitam, unde et arcus x d inuenietur cognitus. Similiter per omnia inuenietur arcus x e ex figura h y p e. demptoque arcu x d ex arcu x e relinquetur arcus e d qui querebatur. Quodſi figuratio aliter accideret proceſſus huiuſmodi ad intentum paucis rebus mutatis nos traducet. Habeo inſuper alios modos reſpondendi et breuiores per ſcientiam triangulorum ſphcralium, quibus non libuit uti, donec uidebitis libellos meos triangulorum.*) Vſus autem ſum figura ſectoris in qua profundiſſimam habetis intelligentiam, quatenus aſſumpta mea omnia confiteremini. Oportuit autem ex ueſtra ypotheſi duas primas ſtellas eſſe in gradibus 10. minutis 48 tauri. tertiam autem ſtellam habere diſtantiam a ſecunda gr. 28. minutorum 58. que querebantur.

Secundum queſitum. Diuiſi 100 per certum numerum, deinde diuiſi 100 per eundem diuiſorem additis 8. ſumma autem ex numeris quotiens reſultabat 40. Queritur quantitas primi diuiſoris. Primus diuiſor fuit radix quadrata de $22\frac{1}{4}$ dempto ex ipſa radice $1\frac{1}{2}$. unde etiam ſecundus diuiſor fuit radix de $22\frac{1}{4}$ additis $6\frac{1}{2}$.

Tertium. Quidam acceſſit ad campſorem cum 10 florenis et ipſos campſit in groſſos uenetorum, accipiendo ſcilicet pro eis certam ſummam groſſorum. ex qua ſumma dempſit 60 groſſos et ipſos recampſit in florenos ſecundum idem cambium ut prius. quo facto reperit ſe habere ex groſſis

*) Vid. ſupra pag 90.

groſſis et florcnis coniunctis 80. queritur ualor unius floreni ad groſſos. Vnus florenus ualuit radicem quadratam de $48\frac{1}{4}$, additis $6\frac{1}{2}$.

Quartum. Quidam mercator cum 100 ducatis in primo anno lucratus eſt certum quid, ſicque procedit de anno in annum etc. in fine autem ſex annorum in uniuerſo ex primo capitali et omnibus lucris collegit 900 ducatos. queritur lucrum primi anni. Hoc queſitum licet ſimile ſit interrogato meo ab initio, tamen in fine redigit me ad ſcopulum maximum. inuenio enim rem cenſum cubum, cenſum de cenſu cubum de cenſu et cubum cubi equari numero, difficile igitur profecto uidetur abſoluere hoc queſitum. ſi enim dixero lucrum primi anni fuiſſe radicem cubicam radicis cubice de 900000000000, demptis ab hac radice 900, opus ſine ratione certa faciam. Nuſquam etiam de omnibus combinationibus numerorum algebre artem traditam inuenio. ut ſi quis dixerit 5 cenſus de cenſu, tres cubos et 8 cenſus equari 260 rebus et 50. quanta ſit ipſa res, nondum habeo compertum. Ita in ſimilibus et multis aliis combinationibus. Hoc dico dominationi ueſtre me reperiſſe nunc uenetiis Diofantum arithmeticum grecum *) nondum in latinum traductum. Hic in prohemio diffiniendo terminos huius artis aſcendit ad cubum cubi, primum enim uocat numerum quem numeri uocant rem, ſecundum uocat potentiam, ubi numeri dicunt cenſum, deinde cubum, deinde potentiam potentie, uocant numerum cenſum de cenſu, item cubum de cenſu et tandem cubum cubi. neſcio tamen ſi omnes combina-

 tiones

*) Vid. ſupra pag. 91.

tiones horum proſecutus fuerit. non enim reperiuntur niſi 6 eius libri qui nunc apud me ſunt, in prohemio autem pollicetur ſe ſcripturum tredecim. Si liber hic qui reuera pulcerrimus eſt et difficilimus, integer inueniretur curarem cum latinum facere, ad hoc enim ſufficerent mihi litteræ grece quas in domo domini mei reuerendiſſimi didici. Curate et uos obſecro ſi apud ueſtros uſquam inueniri poſſit liber ille integer. ſunt enim in urbe ueſtra non nulli grecarum litterarum periti, quibus ſolent inter ceteros ſue facultatis libros huiuſmodi occurrere. Interim tamen, ſi ſuadebitis, ſex dictos libros traducere in latinum occipiam, quatenus latinitas hoc nouo et pretioſiſſimo munere non careat.

Queſitum quintum. Die ſexta octobris anni preteriti 1463 in hac regione uiſa eſt ſtella. in orizonte orientali diſtans per arcum orizontis a contactu meridiani gr. 60 et min. 30. et hoc per horas 3 minuta 36 equales ante ortum ſolis. queritur locus ipſius uerus in ecliptica et latitudo eius. Quum duo ſint contactus meridiani et orizontis, problema erit biceps. ſiue ergo contactum meridionalem aſſumpſerimus, ſiue ſeptemtrionalem, non mutabitur forma ſyllogiſmi. Ponatur ergo diſtitiſſe a contactu meridionali ideoque et propter ypotheſim habuiſſe declinationem ab equatore meridianam. Vt breuiter dicam, et ſine figuratione, quoniam uulgaris eſt, inuenio arcum ſemidiurnum ſolis gr. 81 minuta 34. et ideo ſolem oportuit diſtare a meridiano per gr. 135. minuta 34. circumferentie paralleli ſui, ſed aſcenſio recta ſolis fuit gr. 289 minuta 51, poſui eum ſolem in gradu 21 minu-

tis

tis 31 libre, quare aſcenſio recta medii celi fuit gr. 154 minuta 17. arcum autem ſemidiurnum ſtelle elicio gr. 68 minuta 17. unde aſcenſionem rectam reſpondentem puncto ecliptice in quo ſtella ipſa celum mediat oportuit eſſe gr. 242 minuta 34. punctus autem ecliptice huiuſmodi erat finis 28 minuti de primo gradu uirginis cum quo uidelicet ſtella celum mediare ſolet. declinationem autem ſtelle meridianam prius inueni gr. 20 minuta 28. ex puncto autem mediationis celi et declinatione ſtelle planum eſt inuenire locum eius uerum in ecliptica cum latitudine ſua. hoc etiam in aliis reſponſo meo accepiſtis. quare nunc pretereundum cenſebam.

Sextum queſitum. Duo ſunt circuli quorum primus habet diametrum 60 pedum, ſecundus uero 68. qui ſecundus ponitur ſupra primum ita quod diametro unius ſupra diametrum alterius conſtituta occupentur 50 pedes ex diametro primi circuli. queritur quantum de ſuperficie eius occupetur. Simile eſt in ſexto almaieſti capitulo 7. niſi quod in hoc ſuppoſito corda communis duobus circulis perductis non ſecat diſtantiam centrorum quemadmodum in figura ptolemei uidetur. ſed cadit extra triangulum quem claudunt due diametri circulorum cum diſtantia centrorum ſuorum. Inuenio autem poſt multam numerationem ſuperficiem occupatam ex primo circulo pedum ſuperficialium 1808. minutorum 30 et ſecundorum 7 fere. Fregi enim pedem in 60 minuta et minutum in 60 ſecunda ut facilior eſſet et planior computatio fractionum. Vſus ſum proportione circumferentie ad diametrum ſicut 1554 ad 497. hec enim eſt minor tripla ſeſquiſe-

ptima, maior autem tripla ſuperpartiente decem ſeptuageſimasprimas. non tamen hec eſt uera proportio ſed ueritati propinqua ſatis.

Iubetur ſeptimo angulum qui eſt tertia pars duorum rectorum, diuidi in tres equales. ſunt certi modi id faciendi quorum unum adduco. Sit *) angulus b a c qualis ſupponitur duabus lineis a b et a c equalibus contentus. ſupra cuius uertice a facto centro deſcribo circulum b c d e ſecundum a b in cuius circumferentia reperietur punctus c, prolongo ſemidiametrum b a donec futura diameter occurrat circumferentie circuli in k. ſuper quam ex centro a egrediatur orthogonialis a d ſemidiameter circuli. intelligo deinde lineam rectam quandam terminari ad punctum c indefinite quantitatis ex parte ſiniſtra. Hanc lineam intelligo moueri circa punctum c immotum, ſecando ſemidiametrum a d tam diu quam portio linee mote inter ſemidiametrum a d et circumferentiam circuli uerſus ſiniſtram intercepta ſit equalis ſemidiametro circuli a d. ſit ergo in hoc ſitu g e portio huiuſmodi equalis ipſi a d. aut per modum Alhacen in quinto perſpectiue ſue ubi punctum reflexionis in ſpeculis ſphericis determinare docet, a puncto c, data in circumferentia ducatur in circulo b c d e corda e g cuius pars inter a d poſitionem datam et circumferentiam circuli intercepta ſit equalis ſemidiametro a d. quo facto ex puncto e oriatur corda e h ſecans diametrum circuli b k orthogonialiter in puncto l, ductaque diametro circuli per h punctum que ſit h m, ipſa diuidet angulum b a c in duos partiales b a m et m a c, quorum

*) Vid. Tab. 3. Fig. XIX.

rum alter, ſcilicet b a m, alterius medietas eſt. ſi ergo ſuper punctum a linee a m conſtituerimus equalem angulo b a m, habebimus totum angulum b a c diuiſum in tres equales. Sed redeo ad probationem huius. Cum uterque angulorum e l a et d a l ſit rectus, ſunt due linee e h et a g eque diſtantes, quarum ſummitatibus adiecte ſunt due linee equales a h et g e et uterque duorum angulorum h a g et e g d obtuſus eſt, iccirco due linee h a et e g ſibi equediſtabunt. item arcus e h diuiſus erit per medium in k et erit arcus h k equalis arcui b m. arcus uero h e equalis arcui m c propter equediſtantiam linearum h m et e c. quare angulus c a m duplus erit angulo m a b. cetera facile concluduntur. Sed reuera ex hoc nondum elicitur corda 20 graduum niſi ſecatur linea a g quam ſecat c e ex ſemidiametro a d. ipſa enim erit corda 40 graduum, quoniam equalis eſt corde e h. hinc corda 20 graduum cognoſceretur et tandem corda unius gradus cum reliquis adiutoriis. De hoc nunc ſatis.

Octauum. Sunt tres ſocii quorum quilibet per ſe habet denarios in marſupio. primus et ſecundus habent 30. ſecundus et tertius habent 42. tertius autem et primus habent 54. queritur quantum quilibet habuerit. Multis modis hoc ſoluitur. primus habuit 21. ſecundus 9. tertius 33.

Hec ad queſita ueſtra reſpondere breuiter libuit. Quod autem dicitis uobis placuiſſe problemata tabule mee gratum habeo, et poſtquam completa erit eueſtigio domi-nationi

nationi ueſtre offeram. tabula eſt unica extenſa ſecundum latus tranſuerſale ab uno gradu uſque ad 90. ut uidebitis.

Grandem ingeritis mihi libidinem uidendi flores almaieſti quos compilaſtis et alia opera ueſtra, utinam ea mihi eſſet conditio ut ore potius quam calamo affari poſſem. nihil quippe in mundo eſt, unde maior mihi iocunditas naſceretur. Quod autem pronuntiatis erroneum eſſe modum inueniendi declinationem ſtelle fixe per latitudinem ſi quam habent et declinationem ueri loci eius in ecliptica quemadmodum non nulli ſolebant et Albategni ipſe precipit, bene philoſophamini, niſi enim ſtella ipſa fuerit in principio cancri aut capricorni numquam latitudo ſtelle et declinatio ueri loci eius in ecliptica ſunt in una circuli circumferentia ſed ſemper angulariter concurrunt, unde alterum alteri non licebit addere ut unus arcus reſultet neque alterum ex altero demi. Non turbet nos ſententia hoc pacto fieri iubentium, qui etſi aliarum rerum doctiſſimi ſint in hoc tamen a ueritate recedunt. amor ueritatis non cedat fame populari. nemo demum niſi inſanus uiam rectam ſibi cognitam negligit et uiam per nebulas quaſdam ſibi monſtratam amplectitur. Iam more meo alia uobis mitto queſita que mihi inciderunt reſpondenti interrogatis ueſtris.

1. Conſiderauit quidam altitudinem ſtelle unius gr. 8 minutorum 36. deinde paruum tempus notauit iterum altitudinem eius quam inuenit gr. 13. minuta 17. item tertio altitudinem eius inuenit gr. 25 minuta 7. duo autem arcus orizontis intercepti inter tres circulos altitudinum erant

erant tanti, primus ſcilicet remotior a meridiano erat gr. 10. minuta 15. ſecundus uero gr. 16 minuta 43. Quero declinationem huius ſtelle fixe, latitudinemque regionis, ubi facta eſt conſideratio. itemque diſtantiam ſtelle a meridiano ſecundum gradus orizontis in prima conſideratione.

2. In quadam regione dum in medio celi ſupra terram erant gr. 7. minuta 18 geminorum, ſol diſtabat a meridiano uerſus orientem per gr. 25 minuta 13. de circumferentia orizontis, angulus autem orientalis ſeptemtrionalis quem continebat circulus altitudinis ſolis cum ecliptica erat gr. 125 minuta 27. quero locum ſolis, altitudinem eius, et diſtantiam eius a meridiano ſecundum equatorem. item latitudinem regionis ubi facta eſt conſideratio.

3. Stella quedam mediat celum cum 25 gradibus minutis 17. leonis, hoc pacto ſituata quod arcus inter polum ecliptice ſeptemtrionalem et ſtellam cum arcu inter polum mundi ſeptemtrionalem et ſtellam coniunctim ſint equales ſemicircumferentie circuli magni. Quero quanta ſit declinatio huius ſtelle, quantaque latitudo, et in quo loco ecliptice ſit ſecundum ueritatem.

4. In quadam regione dum in medio celi eſt 26tus gradus tauri completus oritur quedam ſtella fixa in ecliptica exiens, cuius diſtantia a contactu meridiani et orizontis meridionali eſt gr. 115 minuta 39. quero locum uerum ſtelle, declinationem eius et latitudinem regionis.

5. Eſt quedam ſtella in principio arietis latitudinem habens ſeptemtrionalem, arcus autem paralleli eius interceptus

ceptus inter ſtellam ipſam et eclipticam ſecundum ſucceſſionem ſignorum procedendo eſt gr. 75 minuta 53. quero quanta ſit latitudo huius ſtelle.

6. Arcus ecliptice a principio tauri ſumens initium et citra principium cancri terminatus equalis eſt aſcenſioni ſue recte. quero quantus ſit arcus ille. et ſuppono pro uoluntate maximam ſolis declinationem 25 graduum.

7. Suppoſita item declinatione maxima gr. 25. eſt arcus quidam ecliptice, qui coniunctus aſcenſioni ſue recte facit ſummam gr. 65 minutorum 16. Quero quantus ſit ipſius arcus ecliptice et quanta ſua aſcenſio recta.

8. Item ſuppoſita maxima declinatione ſolis 23 graduum exercitii gratia quero quantus ſit arcus ecliptice ab ariete incipiens et citra cancrum terminatus, arcus inquam cuius ad ſuam aſcenſionem rectam differentia maxima eſt poſſibilis.

9. Suppoſita declinatione ſolis maxima gr. 23 minutorum 28, eſt arcus ecliptice a principio arietis incipiens et citra cancrum terminatus, qui quidem excedit aſcenſionem ſuam rectam in gr. 2. minutis 13. Quero quantus ſit ille arcus ecliptice.

10. In eclipſi lunari futura hoc anno in aprili, quero quantum in principio eclipſeos diſtet punctus contactus lune et umbre ab altero duorum punctorum circumferentie linee ſupremo ſcilicet uel infimo per que tranſit circulus altitudinis linee in ipſo eclipſeos principio.

11. Item

11. Item paulo poſt principium eclipſeos eiuſdem dum eclipſantur ex diametro lune quatuor digiti et 37 minuta. quero quanta ſit portio ſpherica corporis lunaris immerſa umbre. et ut facilius fiat pono umbram in loco tranſitus lune ſphericam, licet in ueritate ſit conoidalis. diametrum autem huiuſmodi ſphere umbroſe admitto eam que ex tabulis trahitur.

12. In eadem eclipſi dum eclipſantur 5 digiti ſuperficiales. quero quot digiti lunceares eclipſentur. Digitum ſuperficialem optime ſentis eſſe duodecimam partis ſuperficiei circuli lunaris uel ſolaris. imaginando utrumque tanquam circulum.

13. In fine eiuſdem eclipſeos imaginando circulum magnum tranſire per centra lune et umbre, qui ſecabit circumferentiam orizontis ueri in duobus punctis: quero diſtantiam alterius eorum punctorum a contactu meridionali et orizontis. hic enim eſt punctus ad quem uergit flexus tenebrarum in fine eclipſeos.

14. Duo ſimul conſiderant principium eclipſeos lunaris, quorum uterque in loco ſuo notat altitudinem unius et eiuſdem ſtelle fixe. primus quidem reperit altitudinem eius gr. 27 minutorum 13. ſecundus uero altitudinem eiuſdem gr. 31 minutorum 29. primus reperit diſtantiam huius ſtelle a meridiano ſuo gr. 33 minutorum 14 ſecundum gradus orizontis. ſecundus autem diſtantiam huiuſmodi a meridiano reperit gr. 46 minutor. 23. Duo autem loca ubi fiunt conſiderationes diſtant a ſe 658 miliaribus quorum 28800 ſunt in toto ambitu terre. Quero altitudinem poli in utroque locorum. item declinationem huius ſtelle fixe

fixe conſiderate et quantum duo ipſa loca conſiderationum differant ſecundum longitudinem ab occidente habitato.

15. Stella quedam fixa habens latitudinem ſeptemtrionalem mediat celum cum gr. 15. minutis 26 leonis ſecundum ueritatem autem eſt in 12 gradibus et 9 minutis leonis, arcus autem declinationis et arcus latitudinis in centro ſtelle concurrentes continent angulum 135 graduum et 20 minutorum. Quero quanta ſit latitudo ſtelle huius et quanta declinatio. Suppona declinationem maximam gr. 26.

16. Item ſtella quedam habens latitudinem ſeptemtrionalem mediat celum cum gr. 7. minutis 25 uirginis, cuius declinatio coniuncta latitudini ſue facit ſummam gr. 126 minutorum 17. Quero locum huius ſtelle et latitudinem cum declinatione. Suppono autem pro libito declinationem ſolis maximam gr. 24.

17. In *) triangulo a b c cuius latus a b habet 18 pedes, a c pedes 25. et b c 29. produxi ex puncto a ad baſim lineam a d hoc pacto ut quadratum b d cum eo quod ſit ex d a in a b ſit equale quadrato a b. Quero quanta ſit linea b d. Si dabitis lineam b d dabo cordam unius gradus.

18. Diuiſi 240 in tres numeros, quorum primum multiplicaui per 97. ſecundum per 56. et tertium per 3. **) pro-

*) Vid. Tab, 3, Fig. XX,

**) *in margine:*

	240	
114.	87.	39.
97.	56.	3.

prodụctaque omnia collegi et reſultauit ſumma 16047. Quero quanti ſint tres numeri partiales. Non admitto fractiones in hoc opere.

19. Sunt tres numeri quadrati inequales de medietate arithmetica uidelicet quorum differentie ſunt equales, eorum autem radices quadrate ſimul iuncte faciunt 214. Quero qui ſint hi. Non admiſceantur fractiones numerorum.

20. Diuiſi 100 in duos inequales ita quod radix quadrata minoris ducta in radicem cubicam maioris producat 25. Quero qui ſint huiuſmodi numeri partiales. Admitto fractiones. admitto etiam numeros ſurdos ut ita dicam, qualis eſt radix de 5.

21. Tres numeri quadrati inequales coniuncti faciunt quadratum 4624. radices autem ipſorum coniuncte faciunt 116. quero qui ſint. Non admitto fractiones.

22. In circulo ſunt tres corde ſibi conterminales quarum una eſt 98347. proportio autem reliquarum duarum inter ſe eſt ut 5 ad 9. Quero quanta ſit utraque earum. Pono autem diametrum circuli 120000 particularum.

23. Item tres ſunt corde conterminales quarum una eſt 85639 partium, differentia autem reliquarum duarum eſt 2579. quero quanta ſit utraque earum. Sed neſcio quorſum euadit calamus, quem niſi reſtrinxero carta deficiet, alterum ex altero incidit totque occurrunt pulcra problemata ut incertus ſim que proponam, neque ab initio rebar me tanta ſcripturum preſertim ne tumultuoſe

litterē mee nimis equo obtunderent. detis obſecro ueniam calamo audaci et temerario. Ioanni enim ſcribenti ueniam datum iri non opus eſt, cum et modeſtum uideri ſeſe uelit et omnibus in rebus libidini ueſtre obſequentiſſimum.

Multa (credite mihi) et iterum multa apud me habeo que iudicio ueſtro ſubmiſſa uelim ſi uacaret, que partim inuenta ſunt certiſſime, partim uero in ancipiti pendent et animum uehementer ſtimulant ad ſui inueſtigationem. Nam ut a ſupremo ſtellato orbe ſermoni dem initium, qui hucuſque materiam noſtre ſuggeſſit conuerſationi, non poſſum non admirari ſocordiam aſtronomorum uulgarium noſtre tempeſtatis, qui ueluti mulieres credule quicquid in libris ſiue tabularum ſiue canonum ſuorum offendunt tanquam diuinum quodpiam et inimitabile accептant. credunt ſcriptoribus et ueritatem negligunt. Quid enim dicam de qualitate motus huius octaue ſphere quam ptolemeus noſter clariſſimus concluſit moueri in centum annis per unum gradum. Albategni uero poſt eum 743 annis in 66 annis fere per unum gradum. declinationem maximam ſolis hic reperit gr. 23 minuta 51, ſecunda 20. ille uero gr. 23 minuta 35. poſt eos Tebith *) declinationem

*) De aetate Thabet Ben Corra diſſentiunt ſcriptores. Abulpharadſchium ſequor, qui eum ad ſaeculum IX refert. Mortuus eſt a. 901. Abategni ſ. Albatani, Ptolemaeus Arabum, († 928) iam carpſit Thabetum Vid. Montucla Hiſt. des Mathématiques, T. I, p. 347. Iſte Thabet ſectae Sabiorum addictus, primus in Aſtronomiam induxit motum trepidationis, ſiue acceſſus et receſſus. Duplicem nempe octauae ſpherae motum tribuit; unum a primo mobili, ſiue ſphaera nona; diurnum uidelicet; alterum uero proprium, ſuper circulis parnis,

tionem inuenit maximam gr. 23. minuta 33 fere. nouitate igitur huius rei perculſus cogitare cepit unde huiuſmodi mutatio naſceretur, poſt multaſque conſiderationes cum uidit eclipticam octaue ſphere uariam habere inclinationem ad equatorem, concluſit, ut multa pretermittam, octauam ſpheram moueri non ſcilicet polis fixis, ſed motu quodam uario quem uocant trepidationis motum etc. Hanc imaginationem acceptauit etiam Azarchel compoſitor tabularum toletanarum. *) et pleriſque modernis hodie magis placet quam ea qualitas motus octaue ſphere que ex modo operandi per tabulas alfonſinas trahitur. ego uero utra earum ueritati propinquior ſit non ſatis comperio, ſcio tamen utranque earum (pace melius iudicantium dixerim) eſſe mendacem. Si enim poſitioni Tebith creditur oportuit declinationem ſolis maximam tempore ptolemei fuiſſe gr. 23 minuta 41, ipſe autem inuenit eam gr. 23 minuta 51 fere. erraſſet ergo in minutis 10. et ideo in acceptione diſtantie inter duos tropicos erraſſet in 20 minutis. quod non eſt uериſimile tantum uirum tam ſenſibiliter deceptum eſſe. Nam ſic fuiſſet etiam deceptus in introitu ſolis in cancrum et inde ecentricitatem ſolis et cetera

uis, qui Trepidationis nuncupatur. Conf. Ge. Purbachii, magiſtri Regiomontani noſtri, Theoricae planetar. Enimuero hanc Trepidationem nec ſuperiorum nec ſequentium temporum obſeruationibus conſentaneam eſſe, aſtronomi recentiores dilucide demonſtrarunt. Regiomontanus aduerſus eam ſcripſit tr. *de motu octauae ſphaerae contra Thebit ſuoſque ſectatores*, qui Venetiis prodiit, ſi fides habenda eſt Lipenio in Biblioth. Philoſ. Vid. Weidleri Hiſtor. Aſtronomiae, p. 211 et 317.

*) Vid. quae ſupra pag. 110 adnotaui.

tera erronee concluſiſſet. Item tempore noſtro oporteret declinationem ſolis maximam eſſe gr. 24 minutor. 2. nos autem preceptor meus et ego inſtrumentis reperimus eam 23 gr. minutorum 28 fere. M. Paulum florentinum et D. Baptiſtam de Alberthis *) ſepe audiui dicentes ſe diligen-

*) Inſignis Mathematicus, Architectus atque Pictor Florentinus, († 1471) cuius uitam ſcripſere Vaſari, (*Vite de Pittori* etc. T. II, p. 235 ſq. edit. Florent. 1771. 4) Baldinucci, (*Notizie de' Profeſſori del Diſegno*, Vol. II, p. 49 ſeq. edit. Taurinenſis, 1770. 4 mai.) et Mazzuchelli. (*Gli ſcrittori d'Italia* Vol. I. Alberti. Breſcia, 1760. ſol.) Paulus, Pauli filius, Medicus Florentinus, ſ. Paolo dal Pozzo Toſcanelli, natus A. C. 1397, matheſeos optime gnarus, contexuit inter alia Opticen. De ambobus Vgolinus Verinus in opere de illuſtratione urbis Florentiae, Lib. II, p. 39 ita canit:

Quid Paulum memorem? terram qui norat, et aſtra,
Qui Perſpectiuae libros deſcripſit et arte
Egregius medica multos a morte reduxit.
Nec minor Euclide eſt Albertus, uincit et ipſum
Vitruuium. Quiſquis celſas attollere moles
Affectat, noſtri relegat monumenta Batiſtae.

Chriſtoph. Landinus in ſua Apologia, *nella quale ſi difende Dante e Florentia da falſi calumniatori*, praemiſſa Comoediae Diuinae Vatis, 1487 ita: *Ma doue laſciò* Baptiſta Alberti, *o in che generationi di dotti lo ripongo? Dirai tra phyſici. Certo affermo lui eſſer nato ſolo per inueſtigare i ſecreti de la natura. Ma quale ſpecie di Mathematica gli fu incognita. Lui geometra. Lui arithmetico. Lui aſtrologo. Lui muſico etc.* — — — *Aggiugnero al primo Paulo mathematico el ſecondo già in ultima ſenectù conſtituto huom nella medeſima dottrina exercitato et doctiſſimo: et ancora phyſico et medico excellentiſſimo. et a noi ueneranda imagine d'antichità.* Paulus iſte cum Chriſtophoro Colom iam A. 1474 commercium litterarium habuit. Vid. Anton. de Herrera Hiſtoria general de las Indias occidentales; Decada I, L. I, cap. II pag. 3. en Madrid, 1601. fol.

ligenter obſeruaſſe et non reperiſſe, maiorem gr. 23 minutis 30 que res etiam tabulas noſtras uidelicet tabulam declinationis et ceteras que ſuper eam fundantur, innouare perſuadet. Argumentationes autem harum rerum alias deo uolente uidebitis certiſſimas. Quodſi poſitioni alfonſine fidem habuerimus, cuius tabulis ſiue primis ſiue reſolutis omnes moderni noſtri utuntur, intelligite que ſequi oporteat. Primo et ante omnia maximam ſolis declinationem tempore Albategni oportuit fuiſſe gr. 23 minuta 45. quam tamen ipſe diligens obſeruator deprehendit gr. 23 minuta 35. error 10 minutorum. qui profecto ſenſibilis eſt. Tempore autem noſtro declinatio ſolis maxima eſſet gr. 22 minuta 47. quam inſtrumenta noſtra prebent gr. 23 minuta 28, differentia 41 minutorum. error intolerabilis. Hoc fortaſſe non terreret quempiam ſi ſolus ego rem hanc inſtrumento comperire tentaſſem. ſed aſſunt uiri doctiſſimi et fide digni. Georgius bone memorie olim preceptor meus, *) magiſter paulus et D. baptiſta ſupra memorati. Deinde concludo certiſſimis rationibus diſtantiam augis ſolis a capite arietis octaue ſphere tempore ptolemei fuiſſe gr. 43. minuta 35. hanc diſtantiam inuariabilem eſſe oportet ſi uerum eſt quod motus augis ſolis motum octaue ſphere inſequitur. ſed eam diſtantiam in tabulis alfonſinis habent gr. 71 minutor. 25. eſt autem differentia inter hos uniuerſos gr. 27 minuta 50. unde non

*) De Georgio de Peurbach uid. Franz Conſtantin Florian von Khauz Verſuch einer Geſchichte der Oeſterreichiſchen Gelehrten, pag. 42. Frankf. und Leipz. 1755. gr 8. et Ge. Matth. Boſii Iubilaeum aſtronomicum ſaeculi ineuntis quarti. Vitemb. 1759. 4.

numquam in numeratione argumenti ſolis erraremus in gr. 27 minutis 50, quibus apud augem ecentrici reſpondet fere unus gradus de equatione ſolis. et ideo in computatione motus ſolis ueri erraretur in gradu uno fere. quod quantum ſit inconueniens in iudiciis dandis, in eclipſibus et ceteris rebus nemo ignorare debet. Preterea ſole exeunte in principio arietis ecliptice fixe ſecundum computationem diſtabit ab equatore uerſus ſeptentrionem in gradibus fere 6. Quomodo igitur ſitum ſolis in equatore computare poterimus? Sed de his haƈtenus. Deſcendo ad ſpheras inferiores, Saturnum tamen et Iouem preterire libet quod celi ſui non tam inueterati ſunt, ut more quorundam loquar, quam martis. Viſus eſt mars in celo et computo differre per duos gradus: per relationem ad ſtellas fixas et alias conſiderationes, non nunquam differentia huiuſmodi unius gradus et dimidii cernitur et quoque multo minor. Quidam autem imputantes hunc errorem radicibus mediorum motuum preter rationem defecerunt. nam ſi in radicibus huiuſmodi mediorum motuum tantummodo error eſſet, oporteret duarum que eſt inter locum computatum et locum uerum unicam inueniri: quod non comperitur. unde merito eſtimandum eſt ecentricitatem eius aut ſemidiametrum epicicli non prorſus recte inuentas eſſe. fieri tamen interea poteſt ut reuolutiones mediorum motuum aliquid erroris in tempore notabili immittant, ſed et radices mediorum motuum etiam errorem ipſum augere non poteſt negari. At longum tempus fluxit a ptolemeo ad hunc diem in quo medio tametſi Albategni et ceteri motus luminarium emendatiores reddiderint reliquas tamen quinque erraticas intaƈtas fere dimiſere.

ſere. Item ſi eccentricitas martis eſt quanta ſupponitur ab omnibus, et ſemidiameter epicicli, ſequitur aream uiſualem maximam martis ad aream eius uiſualem minimam eſſe ut 52 ad unum fere. credo ego nemini unquam martem tantum apparuiſſe. aeris ſerenitate una et ceteris rebus eodem modo ſe habentibus. In ſole denique quomodo poterit eſſe certitudo computationis ſi aliam declinationem eius maximam in tabulis ſcribimus et aliam in celo inſtrumentis deprehendimus. Quod computi eclipſium mentiuntur et in tempore durationis et quantitate partis eclipſate, itemque in principiis et finibus eclipſium ideoque in ueris applicationibus aut uiſibilibus aut utrique luminarium imputabitur aut lune potiſſimum. Venerem denique in celo tardiorem uidi quam numeratio predixerat in tribus quartis unius gradus fere. mendacium etiam in latitudinibus eius numerandis uitare eſt admodum difficile. Item ſtantibus fundamentis eccentricorum et epiciclorum oportet uenerem in ſuperficie apud ſenſum quinque apparere ut unum, alias autem ut 45. que res nemini aſpicienti unquam innotuit. Item diameter eius uiſualis erit non nunquam minuta 12. ſecunda 30 due ſcilicet quinte de diametro uiſuali lune. quod quidem in celo nequaquam comprehenditur. Quid dicam de Mercurio quem ſepenumero apparere oporteret in orizontibus noſtris ſi uerum redderet tabula apparitionum et occultationum que inter ceteras modernorum tabulas reperitur. Mercurius autem uel nunquam uel rariſſime nobis apparet. Verum hoc inde procedit quod tabula predicta non ſeruit orizontibus noſtris, eſt enim compoſita a ptolemeo in 10 capitulo decime tertie dictionis ad medium quarti climatis. quo ue-

 hemen-

hementius inſcitia eorum admiranda uenit qui eam tabulis ſuis interſeruerunt tanquam omnibus climatibus uſuuenturam. In Luna poſtremo tanta tamque crebra redundat differentia ut et populares hoc diuinum aſtrorum ſtudium mordaci dente lacerare occipiant. Notaui equidem in anno 1461 eclipſim que fuit in decembri, cuius finis in celo precedebat finem computatum per horam integram. et ut finis ille in celo certior haberetur accepi altitudines duarum ſtellarum alharoth et aldebaran in fine ipſius eclipſeos quatenus altera alteri teſtimonio eſſet. Alias etiam conſideraui eclipſes in tempore et quantitate partis eclipſate differentes multum a numeratione. de quibus alias latius dicendi locus erit. Quodſi luna habeat ecentricum et epiciclum quemadmodum conclamatum eſt, oportebit lunam in certo ſitu quadruplo fere maiorem apparere quam in alio rebus ceteris eodem modo ſe habentibus.

De his iam ſatis. Talibus rebus ſepenumero uexor et deflere cogor ſegnitiem ac frigiditatem noſtre etatis. Profecto materia copioſa eſt uolentibus hodie philoſophari, habemus ante oculos ueſtigia maiorum noſtrorum, quo fit ut cautius incedere poſſimus modo ingenium huic rei accommodemus. Si ea mihi eſſet conditio, ut prope dominationem ueſtram uitam agere liceret, ſperarem mille in huiuſmodi rebus et ſolatia et fructus emoliri. Verum dominus meus reuerendiſſimus iturus eſt in greciam in cauſa religionis chriſtiane, ego autem ex diſpoſitione ſua in italia remanebo. Vadant illi deſtructum turcos, ego auxilio ueſtro et ceterorum amicorum celos reparare conabor. pacem illi efficiant in rebus terrenis, nos curabimus rubi-

biginem celeſtium orbium abſtergere eoſque ad ſemitas regias redigere, ceteris in quiete pulſis timoribus uita tranſigenda concedetur, nobis ocium philoſophicum gloriam pariet perpetuo duraturam. quod eo facilius atque abundantius ambobus nobis eueniet quo Ioannem ueſtrum obſequentem humanius ut ſoletis ampleƈtemini. Dum per ocium poteritis litteris meis reddere uices uirtus ueſtra hortabitur. Ne autem faſtidium pariant multiplicationes et diuiſiones numerorum per numeros ſiue etiam radicum extraƈtiones, ſatis erit circa unumquodque queſitum modum operandi perſtringere. quis enim niſi rudis omnino operationes numerorum ignorat? ut igitur labor uobis minuatur hoc paƈto deinceps alterum alteri reſpondere licebit. ubi tamen abſque numerorum uſu reſponderi non poterit utemur pro libito numeris ut res ipſa poſtulat. Nunc ualete feliciter et me ut cepiſtis amare non deſinatis.

Totus ueſter Ioannes germanus.

6.

Ioannes germanus ad Iacobum de ſpira aſtronomum dñi Federici comitis Vrbinatum.

Multa me hortantur doƈtiſſime uir ac uehementer inſtigant ad familiaritatem inter nos conflandam et amicitie perennis felicia conſtituere primordia. Patriam enim in primis habemus communem alamanniam: lares paternos haud nimium diſtantes: que res unica preſertim peregrinis nobis animos colligare ſufficiet. Seruimus demum principibus ſibi amiciſſimis, inter quos quanta et quam uera al-

 ter-

ternaque extat obſeruantia minime te latere arbitror. Cui queſo plus fauet diuus ille Beſſarion dominus meus reuerendiſſimus quam Vmbrorum principibus Federico et Octauiano? Quos inter mortales maiora quiſpiam beniuolentie reperiet indicia? Dominis igitur tantopere ſeſe colendibus equum uidetur ut et ſeruitores in unum nos conſentiamus. Accedit preterea, quod potiſſimi facio momenti, ſtudiorum ſimilitudo: radix uidelicet omnis amicitie. Mihi equidem doctrinas quadriuiales mediocriter forſitan aduenisſe putabit quiſpiam. tibi autem egregie perſpectas eſſe facile perſuadetur. Non enim ſatis dici poteſt quanta et quam digna teſtimonia in tuam preſtantiam confluant preſertim in aſtronomicis et arithmeticis: quibus adeo uigilanter incubuiſti ut diues ſtipendium a principe tuo ſuſcipere merueris. quod profecto haud mediocre eruditionis tue habetur indicium. ſi quidem paucos hac noſtra tempeſtate huiuſcemodi ſtudiis deditos ueneratur uulgus: pauciſſimis autem ex hiſce doctrinis queſtum fieri comperimus. Tuam denique excellentiam Baptiſta de Alberthis uir optimus ſepenumero mihi predicauit. Petrus Antonius quoque homo ille primarius domini mei Reuerendiſſimi crebrum ſuper ea re affert teſtimonium: cui quantum et credam et debeam, non facile dixerim, quod ad notitiam tuam capeſſendam me induxerit. Petrus inſuper de caſtellodurante ille tuus totus qui non ceſſat urbanitatem et uirtutes tuas declamare nuperrime miros quoſdam effectus tuos commemorans, in tuum amorem me prorſus coniecit. Sed quid alienis monitoribus tantopere cedo? Vidi equidem hiſce oculis quaſdam natiuitatum figuras tuo calculo erectas in quibus ardorem tuum ac ſummam in noſtris

noſtris ſtudiis uigilantiam aperte demonſtrabas. Tanta enim libido certitudinis conſequende te inuaſit ut ad tertia uſque numerationem tuam extenderis. Eas natiuitatum figuras adnexit mihi dominus Joannes baptiſta. nam antehac duas non quidem meo calculo ſed Conradi mei erectas priuſquam percurſione mea examinarentur, ipſe acceperat. Placuere mihi ſupra modum tanta ſolertie tue ueſtigia et ueritatis inquiſitio. Nunc igitur ne pluribus equo obtundaris cede queſo notis meis. Fac littere mee efficaces apud te inueniantur. Joannem germanum gregi amicorum tuorum adnumerare uelis. quod lingua non poteſt interuallo corporum prohibente, calamus ſupplex impetret. Nolim expectes uſque ad cenam uoceris meam quatenus de amicitia, in conuiuiis ut aſſolet, ineunda tecum diſſeratur. Frigeſcerent enim prius epule quam Romam ex Vrbino uenires. Si muneribus forſitan primitias conſuetudinis noſtre firmandas arbitraberis, munera non deerunt, niſi maiorum exempla parui facias. Archimedem Doſitheo *) problemata geometrica miſiſſe liquet. Eratoſthenem Ptolemeo regi duplicationem cubi tanquam grande quoddam munus preſtitiſſe Eutocius aſcalonita commemorat. Talia erunt dona noſtra philoſophica quidem non popularia. Ceterum ſi conuiuio gaudeas, faſianos, perdices calamo noſtro, non ex cella epularia depromemus. Vegetes demum uini haud longe aberunt. Vbi autem epularum ſatietas nos ceperit, cytharedum atque tibicinem ut ad choros ducendos modulentur, extemplo accerſemus.

*) Inſcripſit illi librum περι ἑλικων ſ. de lineis ſpiralibus, ut et alios. Vid. Fabricii Biblioth. gr. Lib. III, cap. XXII.

ſemus. Quodſi tandem deambulare (ut iubent medici) parumper libeat, ſiue ſolis claritudinem contemplari, ſiue iacula emittere, facultas nobis dabitur. Hec eſt Jacobe optime cena noſtra in qua poſthac crebrius letabimur. ad huiuſcemodi cenam uiciſſim me inuites uelim. Sed quouſque in hoc conuiuio morabor? Dabis ſpero ueniam nimium iocanti mihi, ad id enim dies preſentes dioniſii te hortabuntur. Ceteri epularum luxurie hoc tempore carniſpriuii corpus affligunt ſuum, nos uero philoſophico certamine animos noſtros exercebimus. Sat iocorum inieciſſe uideor: ad ſerum deinceps hora iubet deſcendere.

Vide igitur, hec problemata uaria, et quidnam circa ea ſenties quantocius tuis me litteris reddito certiorem.

1. Reperi in libro quodam uetuſto interrogationem cuiuſdam factam de filio ſuo, cuius figura habebat gradus 16. minuta 37 tauri in aſcendente, cuſpis autem quinte domus ſcilicet filiorum erat in 7 gr. et 18 minutis uirginis. relique autem domus non erant notate. uolendo autem figuram talem complere oportuit habere latitudinem regionis ubi facta eſt interrogatio. Quero igitur quanta fuerit latitudo eius regionis, deinde que fuerint initia reliquarum domorum.

2. Roma habet longitudinem ab occidente habitato gr. 35. min. 25. et latitudinem ab equatore gr. 42. Erfordia uero longitudinem habet gr. 27. et latitudinem gr. 51. Quero poſſitne his duabus ciuitatibus idem eſſe aſcendens pro eodem inſtanti. Et ſi uidebitur poſſibile, quod ſit illud aſcendens. At ſi plura poſſint eſſe que ſint

illa.

illa. Cum autem dixerim, poſſitne eſſe idem aſcendens pro eodem inſtanti etc. ne contradictioni implicite uidear incidiſſe, nihil enim in inſtanti aſcendere perhibetur; aliter et breuius quero poſſit ne idem punctus ecliptice pro eodem inſtanti eſſe in orizonte romanorum et ſimul in orizonte erfordenſium. Et ſi poſſibile uiſum fuerit quis ſit ille. Quodſi duo talia fuerint puncta que ſint illa.

3. Stella quedam fixa habens ſecundum longitudinem gr. 13 minuta 25 geminorum. latitudinem autem ſeptentrionalem gr. 8. in quadam regione occidit cum gradibus 23 minutis 14 geminorum. Quero latitudinem huius regionis.

In regione habente latitudinem 45 graduum et 24 minutorum natus quidam habuit in medio celi ſupra terram 14um gradum aquarii completum. Solem autem in principio arietis et Martem in fine quintidecimi gradus tauri abſque latitudine. Quero quanta ſit directio ſolis ad Martem. Voco autem directionem arcum equatoris qui cum arcu ecliptice inter duos ſignificatores comprehenſo pertranſit circulum magnum in quo iacet ſignificator dirigendus, uolo dicere circulum magnum per centrum ſolis duoque puncta ſectionum orizontis et meridiani incedentem. Non enim latet te quod dirigere quempiam ſignificatorem directione ſaltem directa non eſt aliud niſi mouere ſpheram donec locus ſequens, terminus uidelicet ad quem tranſfertur ad ſitum ſimilem ei in quo ſignificator ipſe dirigendus conſtituebatur. quemadmodum trahitur ex uerbis Ptolemei in tercio quadripartiti *) capitulo undeci-

*) Perperam tribuitur Ptolemaeo. Vid, ſupra pag. 46.

decimo ubi dicit. Nec contingit etiam ut reſpectu horum duorum, ſcilicet orizontis et meridiani, ſit una eius poſitio niſi cum fuerit prope loca que ſunt ſupra ſemicirculum ex circulis per locum communem circuli medii celi et circuli orizontis tunc ſerpentibus etc. Super quibus uerbis Hali commentator Oportet, inquit, nos petere in toto hileg medietatem circuli in quo moratur ſuper terram et quod accipiamus atazir ſecundum aſcenſiones medictatis huius circuli etc. unde Archidiaconus in tractatu directionum docens officio ſphere ſolide directiones ſignificatorum numerare, ſemicirculum ipſi inſtrumento adaptari iubet. in duabus interſectionibus meridiani et orizontis. Siue igitur feceris directionem per utrumlibet modorum Ptolemei, ſiue per modum Alkabicii qui a ſecundo modo Ptolemei non eſt alienus, ſint per tabulas directionum: omnes enim ex eodem ferme manant fonte, non habebis directiones rationi philoſophice reſpondentes que ſecundum ſemicirculos predictos eliciuntur. Item in eadem natiuitate queſituri particulares conditiones patris iubemur conſtituere locum ſolis pro aſcendente ſi natiuitas diurna fuerit et inſuper totam patri figuram elicere: quod haudquaquam abſoluemus niſi circulum in quo iacet ſol ipſe, tanquam orizontem obliquum conſtituerimus, circulum inquam per duas interſectiones meridiani et orizontis incedentem. ita enim hali ſuper capitulo quinto tertii quadripartiti monet. Quero itaque ex preſcripta natiuitate diurna filii primogeniti initium octaue domus in figura patris, cui aſcendentem tribuimus locum ſolis. Sed de his latius diſſerendum ubi litteris meis reſponderis.

4.

4. In anno currente 1465 quando ſol in principio arietis ſecundum calculum uſitatum conſtituetur, quero quantus ſit arcus ecliptice inter locum eius uerum et circulum equatoris comprehenſus. quantaque ſit ipſius ſolis ab equinoctiali declinatio. Quid rides Jacobe humaniſſime? An mirum tibi uidetur ſubiectum huius interrogationis? Tranquille uelim legas ſcripta Joannis tui qui niſi fundamenta tabularum Alfonſi fluctuent, demonſtrabit poſthac ſolem diſtare ab ipſo equatore gradibus ſex fere in reuolutione anni mundi. hoc numero ipſe.

5. Pono Saturnum in gradibus 10 minutis 15 arietis. Iouem in gradibus 23 minutis 38 Leonis, Martem uero in gr. 17 minutis 25 uirginis ſecundum curſus uidelicet medios. Quero an unquam coniungentur. et ſi ita, poſt quantum tempus ab inſtanti ſituum predictorum preciſe conuenient, aut quam primo fuerint coniuncti. Motum autem Saturni medium in die ſuppono minutorum duorum, et ſecundi unius. Iouis minutorum 4 ſecundorum 59. Martis uero minutorum 31 ſecundorum 27.

6. Diuiſi numerum quendam per 23 et facta diuiſione relinquebantur 12. item diuiſi eundem per 17 manſeruntque in reſiduo 7. deinde iterum eundem diuiſi per 10 et relicta fuerunt 3. Quero quis fuerit numerus ille diuiſus. (2013)

7. Inuenias quatuor numeros quadratos qui ſimul [illegible]atum conficiant numerum. Quatuor autem iuncti quad[illegible]enire qui congregati cubicum numerum efficiant, non poſtulo: id enim difficilius multo exiſtit.

Hec

Hec fuerint tanquam colloquia, ut moris eſt, ante cenam. iam autem faſiani ac perdices afferentur, ſed famem fortaſſe tuam non explebunt.

8. Emi 240 aues denariis 16047, erant autem aues ipſe trium ſpecierum, faſiani uidelicet perdices et columbe. Faſianus quilibet emebatur 97 denariis: perdix queque 56 denariis et columba tribus denariis. Quero quot de unoquoque genere aues fuerint.

9. Quidam emit 15 ducatis aliquot brachia panni, deinde proportionaliter aliquot ducatis emit 27 brachia panni: numerus autem ducatorum quos expoſuit cum numero brachiorum emptorum ſimul efficiebant 100. Quero quot ducatos expoſuerit, quotque brachia panni emerit. Nunc ad muſicam.

10. Inuenias tres numeros quadratos in medietate armonica colligatos ita uidelicet ut maximus ad minimum eam habeat proportionem, quam habet differentia maximi et medii ad differentiam medii et minimi.

11. Cordam quandam longitudinis quinque pedum diuiſi in tres partes quarum prima ad ſecundam ſonuit ſemitonium minus, tertia autem ad ipſam ſecundam ſonuit duos tonos cum ſemitonio maiori. Quero quanta fuerit unaqueque trium cordarum partialium.

Eſt canna quedam ſiue fiſtula columnalis cuius longitudo 12 pedum latitudo autem ſcilicet diameter orificii habet unum palmum. facturus ſum aliam fiſtulam. que ad

ad prediƈtam ſonabit conſonantiam diapente uocatam, cuius fiſtule longitudo uigecupla ſit latitudini ſue. Quero quanta erit longitudo illius ſecunde fiſtule et quanta latitudo. Pedem autem ex quatuor palmis geometricis conſtare ſupponatur.

12. Triauguli cuiuſdam area 70 pedes ſuperficiales compleƈtitur cuius tria latera ſunt in proportionibus horum numerorum 5. 8. 12. Quero quantitatem diametri circuli ſibi inſcriptibilis.


In principio eclipſis lunaris future hoc anno, quero quantum diſtabit punƈtus contaƈtus lune et umbre ſecundum uiſum a ſupremo punƈto limbi lunaris. Supremum autem punƈtum limbi lunaris accipe eum punƈtum in limbo ipſo qui polo orizontis eſt uiciniſſimus.

Item luna conum umbroſum ingreſſa, dum ex diametro eius uiſuali quinque digiti lineales eclipſabuntur. quero quanta erit portio lunaris corporis umbre immerſa reſpeƈtu totius corporis lune. Atque ut expeditius id fiat umbram in loco tranſitus lune tanquam ſphericam ſubiicio, ſemidiametrum tamen eius eam que ex tabulis colligitur admittam.


13. Sole habente altitudinem 35 graduum uertex iridis ſuper orizontem eleuabatur gradibus 7. pes autem eius iridis a loco aſpicientis diſtabat paſſibus ducentis. Quero quanta fuerit portio iridis reſpeƈtu totius circumferentie.

Lumen ſolis altitudinem habentis gr. 37 incidit per quandam feneſtram circularem ad pauimentum quoddam equediſtans orizonti: erat autem feneſtra in ſuperficie ad orizontem erecta. diameter feneſtre 5 pedes complectebatur: centrum autem eius a pauimento diſtabat 28 pedibus. quero quanta fuerit ſuperficies pauimenti illuminata.

14. Diuiſi lineam a b quinque pedum in c puncto ſecundum proportionem habentem medium et duo extrema maiori parte exeunte a c, fecique lineam



ipſam caraſconem (dico libram inequalium brachiorum) cuius ſuſpenſorium ex c puncto diuiſionis. ex punctis autem a et b ſuſpendi duo corpora regularia icocedron uidelicet ex puncto b, duodecedron autem ex puncto a, ita ut eque ponderarent: uolo dicere ut linea a b equediſtaret orizonti. Quero proportionem duarum ſpherarum ipſis corporibus dictis circumſcriptibilium.



Eſt uas quoddam habens formam coni truncati, cuius fundamentum habet diametrum ſex pedum, orificium autem habet diametrum 10 pedum, latus uero 9 pedes complectitur: huic uaſi immitto uinum aliquantum hoc pacto ut inclinato uaſe ſuperficies uini ex una

qui-

quidem parte occurrat circumferentie fundi, non ſecando eam, ex alia autem parte ſcilicet propinquiſſima orificio uaſis diſtet ab ipſo orificio duobus pedibus. Quero que ſit proportio huius uini reſpectu totius corpulentie quam uas ipſum comprehendere ſolet. Reſumpto hoc uaſe commodaui cuidam 20 talia uaſa uini, tempore autem fluente uas illud ſiue igne ſiue quapiam negligentia perditur. ille alius uolens mihi reſtituere commodatum, non habet ſimile uas ſed aliud quoddam concauum concauitate ſpherica quales ſunt parapſides, cuius margo quidem habet diametrum 5 pedum, profunditas autem duos pedes complectitur. Quero quot uaſa talia mihi reddenda ſint. Profunditatem autem huius ſecundi uaſis uoco lineam a centro marginis perpendiculariter erectam, et ad ſuperficiem concauam uaſis terminatam.

15. Vas quoddam columnale plenum uini habet longitudinem 26 palmorum, latitudinem autem 8 palmorum: emittitur uinum aliquantum ita ut reſiduum habeat profunditatem 3 palmorum et 4 quintarum unius palmi. Quero quot urne reſtent in uaſe. Vrnam autem ſuppono uaſculum quoddam columnale cuius longitudo habeat 3 palmos et $\frac{2}{5}$ unius palmi, latitudo uero 1 palmum et $\frac{5}{8}$ unius palmi. Qui autem uirgam uiſoriam ad portiones uaſorum metiendas effecerit, haud mediocre commodum modernis afferet menſoribus. *)

 Sunt

*) Nouiſſime illud egregie praeſtitit Vir Cel. Ignatius Pickel, egregius Eichſtadienſium Mathematicus, in *der Abhandlung von Verbeſſerung und allgemeinem Gebrauch der Viſierſtäbe, Eichſtädt, 1782. 8 mai.*

Sunt tres bombarde quarum prima habet diametrum orificii ſui 3 palmorum, ſecunda uero et tertia habent diametros orificiorum ſuorum coniunctim ſumtas 8 palmorum: tres autem lapides ſpherici quos iaciunt bombarde ipſe ſunt continue proportionales habentes ſimul 200 libras in pondere. Quero quot libras unaqueque bombardarum proiiciat.

16. Proiecturus lapidem ex bombarda ad certum locum, aſcendi arcem et cum quadrante magno per feneſtram quantam perſpexi terminum ad quem, abſciditque filum quadrantis 25 gradus de limbo quadrantis: deinde aliquantum deſcendi in arce et ex alia feneſtra perſpexi terminum eundem filo perpendiculi 18. gradus abſumente: diſtantia autem duarum feneſtrarum unde perſpexi terminum predictum 7 paſſus complectebatur. Quero quot paſſibus diſtiterit locus perſpectus ab altera duarum feneſtrarum arcis memorate. Sed quo ruit calamus? Nimium forſitan fatigaberis uir optime legendo tantas litteras: finem igitur ſtatuendo epiſtole hoc unum obſecro ut quam primum apud me ſint littere tue docture quid de rebus iſtis ſentias. Hac enim lege mutuam inter nos fiduciam et conflabimus et in dies augebimus. neque abſque multo fructu niſi me fallit opinio, id futurum eſſe arbitror. nam ſi quid digni apud me fuerit tibi conamine fiet, ſi uero nihil appareat quod tibi adiicere poſſim, id lucro tibi erit, excellere uidelicet hominem ſtudiis mathematicis omnibus apprime affectum. Poſtremo oratum te uelim, ut magnifico et generoſo domino Octauiano ſeruitorem ſuum Joannem commendes quam deuotiſſime, qui profecto litteras nunc

nunc accepiſſet meas niſi indignum me putaſſem cuius ineptiis tantus princeps obtunderetur. magnificentie igitur ſue obſequentiſſimum me offerat oratio tua. Vale. Ex Roma die 15 Februarii anno 1465.

7.

Reſponſio Iacobi Spirenſis.

Inſcriptio:

Spectato ac doctiſſimo uiro Dño Joanni germano aſtronomo peritiſſimo amico precipuo.

Rome.

Epiſtolam tuam accepi uir doctiſſime que ad me Iocos grata munera et tuam erga me ſingularem beniuolentiam attulit: laudo et doctrinam et tuam dicendi elegantiam quam nuper michi manifeſtaſti. Quod autem me cupias et diligas recte quidem facis. cum a me ſummopere ameris quod ita nos facere plurime cauſe perſuadent: nam ut ipſe ſcribis principibus patria ſtudiis atque moribus conuenimus. Et ſi antea humanitate et doctrina tua amori in te meo addi non potuiſſet: tamen hiis tuis litteris cumulus acceſſit non paruus. Itaque tibi gratias ago: meque totum tibi trado. Vocaſti preterea me ad cenam: phaſianis auibus et uino mirifice ornatam: pro tanto beneficio quid tibi retribuam neſcio: qui montium cacumina et aridas erenas incolem, careo enim iſtis delicatis cibis quibus tu ueſceris: Hic celum et aſtra non in ſe tantum perſpecta ſed eorum effectus conſidero. Huc ſi licuerit

ad conuiuium aliquando accedes. nam per te fructus boni aderunt. Hiis enim doctrinis quas petis hic prorſus caremus ex quo ſcito nec mea problemata proponi poſſe: nec tua diſſolui. Sed ut amicicie cauſa aliquid ſcribam: reliquiis quibuſdam tecum agam. Sed prius uelim ſcias me illud unum admirari ſolere: quod me poſt cenam animi gratia ad ſolis ſplendorem ducturum aiebas: ut phiſici docent: ipſi enim poſt medicinas confortantia adducunt. tu uero: pace tua dixerim: ordine peruerſo poſt noſtram cenam bellum indicis. Deinde infers: Nobis ergo amiciſſimis certare non licet: ſed tamen inter nos ante cenam ſic amice colloquemur.

Dediſti figuram Interrogationis tue que 16 gradum et 37. minutum in aſcendente habebat. et in cuſpide filiorum, 18 minutum ſeptimi gradus uirginis. et cuſpides ceteras cum latitudine regionis petiiſti. Accipe ergo pro ſingulis cuſpidibus. In aſcendente gradum 16. minutum 37. thauri, Jn loco ſub grad. 12 min. 32. ſec. 31 geminorum. In loco fratrum gradum 7. m. 18. ſec. 50. Cancri. In angulo terre gradum 2. min. 51. ſec. 49 leonis. In cuſpide filiorum gradum 6. minutum 18. uirginis. In cuſpide infirmitatum gradum 12. min. 7. libre. Et hec in Regione in qua Polus ſupra circulum emiſperij flectitur gradibus 30. min. 14 ſec. 45. fere.

Preterea eundem punctum ecliptice: duobus orizontibus pro eodem inſtanti ineſſe nego: Punctum uero ecliptice motum ab orizonte Romanorum ad orizontem Erfordie in ſpacio 33 minutorum, et 40 ſec. hore quendam arcum

arcum deſcribere affirmo: duobus dico punctis orizontibus infixis terminatum: que puncta ad idem inſtans ſemper diuerſa intelligo.

Stellam fixam quam in 24 gradu geminorum occidere ymaginatus es: poſt principium 6. climatis fieri exiſtimo. Hoc autem a me diligentius non exponitur: propter librorum penuriam ut dixi ſuperius.

Solem uero quem contra communem obſeruationem equinoctij: ab equatore 6 gradibus diſtantem te demonſtraturum dicis: quando in me riſum uaticinatus es: non adhuc intelligo. Et ne diebus abſtinentie in riſum te adducam: ſolem et ipſius umbram cum puncto contactus circumferentie lune: diſtanciam quoque puncti limbi lune cenith propinquiſſimo: nunc non determino: Verum efficaces rationes tuas magnopere deſidero. preſertim cum fuerint experientia confirmate quam pro Judice habebimus.

Honus de trium ſuperiorum coniunctione quod dediſti Accipe. Erunt itaque hec tres linee a ſitibus per te ordinatis propius coadunate poſt Annos 1709 Menſes 2. dies 24. Horas 15. min. 54. ſec. 36. tert. 24. quart. 14. et quint. 6. In 26 gradu ſigni geminorum: et hec colligendo ea minima: que ex caſu tuo creſcere ualebunt. Annum tamen perſicum habeas et Menſem pro diebus 30. nota.

Quatuor etiam numeros quadratos a me queris conſtituentes unum quadratum ubi 1. 4. 16. 100 coniunctim capias et 121. ex 11 quadratum habebis. Vel melius 4. 16. 49. 100 aggrega et 169 reperies.

Pannum quo cenam noſtram ornari uoluiſti menſuraui et proportione bona 64. brachia cum $\frac{2}{7}$ reperi cuius pretium 35 ducatorum et $\frac{5}{7}$ unius recte duxi.

Velatas auiculas quas pro cena michi obtuliſti 114. faſianos ualde pingues inueni; perdices 87. columbas 39.

Preterea uas uini nimis effuſum quod mittis: placere non potuit maxime nobis ſepe conuiuantibus et uaſa adeo uacua non bene uina conſeruant. Extraxi autem ex uaſe columpnali tuo urnas 19 $\frac{5}{7}\frac{3}{3}\frac{7}{2}\frac{1}{0}\frac{3}{5}$ unius.

Habes a me ſatis uir optime, et dabis ueniam ſi poſt cenam pauliſper acquieſcam: Interim lucianum tibi adducam quem hinc abeſſe ſcito. Ille enim ſuperficierum ac diſtanciarum menſurationibus conicorumque corporum ponderabilium uariis proportionibus caput ſuum tota die obtundit. Ego autem ut tibi auſcultem et morem geram: Refectionem quam uoluiſti ad te mitto non dyoniſii: ſed tamquam quadrageſime fercula exiſtimanda: hanc ne deſpicias rogo: ſed quid de ea ſenſeris me certiorem faciendum curabis.

Katholica fides noſtra Ieſum Chriſtum dominum noſtrum non ſolum deum ſed et uerum hominem uniuerſis credendum inſtituit qui quidem ut uerus propheta ſub humanitatis habitu per coniunctionem ſuperiorum aſtrorum lege a remotis gentibus cognitus eſt: per coniunctionem dico magnam ipſius natiuitatem proxime precedentem ut docet Albumaſar et peritia omnium ſapientum. Quero demon-

monſtrationem anni quo naſci debebat uirtute coniunctionis predicte Annum quoque quo mundo ſua doctrina primum apparere naturaliter potuit. Et lex quam dedit: quomodo cauſis aſtronomicis ipſis gentibus ſuaſibilis ſit et aliorum legibus preferenda.

Dominum Ieſum Chriſtum natum Dominica Decembris 24 hora 11, minuto 20 poſt meridiem aſtronomice atque katholice ſane tenemus. Quero conſtellationem ſpecificam influentem domino Ieſu tam acerbam mortem: nec non ſpeciem ipſius mortis: cum et ipſe elementis earumque cauſis corpore ſubiici uoluerit tamquam alter homo poſſibilis.

Scribitur a diuo Dyonyſio qui ariopagita dictus eſt in epiſtola quam ad pollicarpum diſcipulum beati pauli dederat: tempore cuiuſdam eclipſis ſolis miraculoſe facte in paſſione domini ieſu chriſti. Ipſum tunc equaſſe lunam quam per calculum ſuum eodem tempore in ſigno ſoli oppoſito reperit. ipſam quoque lunam hora paſſionis et eclipſis ab angulo plenitudinis cecidiſſe dicit gradibus 4. min. 26. ſec. 28. quamuis lunam ſolem eclipſare uere uiderit tamen ipſam nocte ſequenti loco debito reſtitutam recitat. Eccleſia etiam Chriſtum paſſum circa oppoſitionem luminarium ſingulis annis commemorat. Et in anno etatis ſue 34. mortuum fuiſſe deſcribit. Quero quotta dieș erat menſis ſacre paſſionis ſue: et que dies ſeptimane eſſe potuit Iouiſ ne: an Veneris uel ſabbati: ſaluo loco lune a beato Dyoniſio inuento: et ſaluis nominibus dierum quibus quottidie utimur.

Anno currente 1425 facta eſt ſuperiorum coniunctio mutate triplicitatis. Quero tempus preciſum coniunctionis uere atque ipſius ſignificatum: Si hiis qui a ſtellis promiſſus eſt ſit natus an ſi ipſum adhuc expectamus: Dic tempus: ſub qua lege apparebit: et ſi miraculorum patratione extolletur: locum inſuper Natiuitatis ſue: hec omnia demonſtratiue indicabis.

Quoniam ſubtilis et excellens arithmetra es: tibi aliquid amplius laboris imponere non uerebor. Quero tempus uere coniunctionis trium ſuperiorum per conſuetudinem tabularum ad meridianum urbis: uolo dicere quando proxime coniungentur.

Hec ſunt que ad te ſcribere uolui que ſi maxima aut parua nec te digna uidebuntur michi ignoſcas rogo et amor quo maxime coniuncti ſumus abs te ueniam poſtulabit: quod me ſcripturum perſuadeas: quodque idem te facturum dicas mirum in modum placet. Ex tuis autem ſcriptis ſcio me non paruum fructum capturum: ex meis uero quid hauſeris? beniuolentia certe undique ſcaturiet alium fructum quem pollicear neſcio. Te magnifico domino Octauiano diligentiſſime commendaui nec illum a tuis litteris alienum facies amat enim doctos et tui conſimiles.

Reuerendiſſimo domino tuo tamquam deuotiſſimum ſeruulum me humilime commendabis. Vale meque ut facis ama. Ex Vrbino. 6 Aprilis 1465.

Tibi deditiſſimus
Jacobus Spirenſis.

8.

8.

Fol. 63.

Reſpondiſti nuper uir optime litteris meis non minus docte quam eleganter, uotique mei me compotem reddidiſti: quamquam enim multitudine nimia problematum te aggreſſus ſim, perinde ac ſi eruditionem meam oſtentare uoluerim: non tamen alio ferebar niſi ad beniuolentiam tuam capeſſendam: quatenus amicitia inita alter alteri uolupe eſſet aſſiduis conuerſationibus intercedentibus. Hec erat meta cuius attingende gratia curſum inſtitui meum, quam pro ſententia naſtus ſum. Quod autem tot generibus problematum te incitauerim, inde euenit, ut certior fierem quibuſnam ſtudiis potiſſimum exercearis: igitur ex litteris tuis aſtrorum ſtudio te oblectari perdidici: non tantum motus eorum figuras magnitudines diſtantias et cetera huiuſmodi: uerum etiam, et id quidem ardentiſſime, influxus eorum ac effectus in elementis et elementatis contemplando: quo rectius mihi uidetur non tanta poſthac rerum uarietate ludendum eſſe, ſed potius ad hoc unum dumtaxat diuinum ſtudium animos noſtros appellere. nemo enim niſi doctiſſimus atque libris multiuariis ſtipatiſſimus tantis et tam diuerſis rebus abunde reſpondebit. Iam ne prolixo defatigeris apparatu ad exercitia noſtra ueniendum cenſeo. neque egre laturum te arbitror, ſi prius problemata quibus reſpondiſti parumper retractauero: ita tua mihi perſuadet facilitas. Primum problema habebat gradus 16 minuta 37 in aſcendente: cuſpis autem quinte domus erat in 7 gradibus et 18 minutis uirginis: id eſt, quemadmodum tu accepiſti, in cuſpide quinte domus erant gradus 6 et minuta 18 completi etc. Dediſti loco ſubē gradus

gradus 12 minuta 32. ſecunda 31 geminorum. Loco fratrum gr. 7. minuta 18 ſecunda 50 etc. Altitudinem autem poli ſeptentrionalis gr. 30 minuta 14 ſecunda 45 fere. Ego autem per figuram ſectoris, officio tabularum ſinuum ac aſcenſionum rectarum ut aſſolet in loco ſube reperio gr. 12 minuta 35 geminorum. In loco fratrum gr. 7. minuta 26 cancri. in quarta domo gr. 2 minuta 48 Leonis. In ſexta gr. 12. minuta 5. libre. Altitudinem autem poli gr. 27. min. 26. In minutis itaque ne dixerim ſecundis diſſonamus. Si dicas ſatis eſſe gradus ueros attigiſſe. cur ergo ad ſecunda etiam numeranda proceſſiſti? Sed de hac re non eſt tutum differere niſi una eſſemus, ut alter alterius modum notare poſſet. quare miſſa iſtec faciamus. Duobus demum orizontibus Rome et Erfordie eundem punctum ecliptice ineſſe negas pro eodem inſtanti: propter diuerſas longitudines earum urbium: gradibus 8. minutis 25 ſcilicet differentes. Si rationem ſecteris, niſi me fallit animus, confideberis non modo in memoratis duobus orizontibus pro eodem inſtanti idem punctum ecliptice repertum iri: uerum etiam in omnibus aliis duobus aut quotlibet inter duos tropicos ſe ſecantibus: aut quorum poli ſunt in eodem circulo magno circulum ecliptice ad rectos angulos ſecante: quemadmodum in ſecundo libro problematum Almaieſti aperte demonſtraui. Veruntamen ſi dicte urbes ſola differrent longitudine, procederet ſententia tua: ut autem definitius me intelligas, enuncio duas urbes predictas in omni reuolutione primi mobilis bis comitare in aſcendente et deſcendente. nam punctus terminans gr. 7 et minuta 49 fere geminorum pro eodem inſtanti in utroque orizonte exiſtit: ſimiliter finis 22 graduum

duum et 11 minutorum cancri. Si habes tabulas aſcenſionum obliquarum ad has duas latitudines, facile id experieris. accipe eius aſcenſionem obliquam a puncto uernali numeratam ad gr. 7 et minuta 49 geminorum: hoc quidem ad Romam: hec aſcenſio obliqua erit equalis aſcenſioni medii celi ad Romam: inchoando aſcenſiones rectas apud principium capricorni. Cum autem meridiani dictarum urbium diſtent a ſe per gr. 8. minuta 25. et Roma ponatur orientalior Erfordia: ſubtrahe ab aſcenſione recta prefatos gradus 8. minuta 25. et relinquetur aſcenſio recta medii celi ad Erfordiam. que quidem equalis eſt aſcenſioni oblique aſcendentis ibidem. Cetera patent.

Recte deinceps ad tertium reſpondiſti interrogatum, id uidelicet fieri poſt principium ſexti climatis: quamuis non diffinias preciſe librorum penuria id intercipiente. Latitudo quidem regionis queſita eſt gr. 45. minuta 36 fere: inuentio autem admodum difficilis. In ea tamen re abſoluenda ſola ſinuum tabula mihi ſuffecit: uerum meminiſſe oportuit figure ſectoris: neque ipſa prorſus ſatiſfecit quinimo ad librum triangulorum ſpheralium nondum editum confugere cogebar.

Inauditum tibi uidetur ſolem oportere diſtare ab ipſo equatore ſex fere gradibus dum in principio arietis ſecundum computationem alfonſinam putatur. Non eſt illud uulgare negotium neque facile, demonſtrabitur niſi habenti perfectam ſpeculationem motus octaue ſphere. Hanc rem et alias plurimas conſcribere prope diem occipiam: quibus fallacia indiciorum noſtrorum plerumque imputari poteſt.

poteſt. Videmur profecto longe a maioribus noſtris degenerare, qui ubi priſcorum ſcripta philoſophorum perdidicere, ſuas quoque ſententias ac obſeruationes adiicere ſtuduerunt: et quidem uigilantiſſime: quatenus ars ipſa continuis augeretur additamentis. Nos autem neque libros in hac arte precipuos legimus, neque ſi celum numerationi reſpondeat, aliquid exploramus: uerum inſtar mulierum credularum tabulis illis alfonſinis et earum filiabus adheremus tanquam diuinis et nunquam paſſuris detrimentum aliquod. Sed de his poſterius Videbaris mihi mouere riſum Jacobe optime ſi circa problemata ſolis ac umbre cum puncto contactus in eclipſi lunari aliquid enunciares: quaſi ridicule fuerint res ille, quibus nimirum haudquaquam ſatiſfacies niſi prius Apollonium *) diuinum de elementis conicis, Ptolemeum in ſexto magne compilationis ſue perſpexeris: neque id ſatis erit, primum enim Gebri **) hiſpalenſis uidiſſe oportebit: aut tercium Menelai ***) de ſphericis ſiue librum triangulorum ſpheralium noue traditionis.

Dicis

*) *Magnus Geometra* Graecis, Arabibus *al Nadſchar* (uti Euclides) dicitur. Vid. ſupra pag. 45. Cf. Montucla Hiſtoire des Mathématiques, T. I, p. 256 ſeq.

**) Vixit poſt Arzachelem. Vid. ſupra pag. 110. Nouem libris magnam Ptolemaei conſtructionem ſ. Almageſtum, expoſuit, quam edidit Petreius, cum inſtrumento primi mobilis Petri Apiani, Norimbergae, 1533. 4. Initio agit de triangulis ſphaericis, quantum quidem exigitur ad calculum aſtronomicum.

***) Vid. ſupra pag. 116.

Dicis inſuper tres ſuperiores coniunctum iri ſecundum medios curſus poſt annos perſicos 1709. menſes 2. dies 24. horas 15. min. 54. ſec. 36. tert. 24. quart. 14. et quint. 6 : in 26 gradu geminorum etc. computando tempus illud ab inſtanti poſito. Tempus tuum ualet annos eccleſie 1708. dies 22. horas 15 minuta 54 cum ceteris fractionibus. Inuenio igitur Saturnum in hoc tempore perueniſſe ad gr. 27. minuta 50. ſec 47 arietis. Iouem uero ad gr. 14 minuta 6. ſec. 17 uirginis. Martem quoque ad gr. 27. min. 28. ſec. 28 ſcorpionis. Quomodo itaque coniuncti ſunt in 26 gradu geminorum?

Reddidiſti preterea quatuor numeros quadratos quales petebam. Difficulter tamen quiſpiam decem huiuſmodi ſocietates numerorum quadratorum inueniet: uidelicet quadraginta quadratos diuerſos quorum quaterni collecti quadratum efficerent noſtrum: niſi artem id patrandi calleat; quam ego petiui. Quis enim tam iners qui longa diſcurſione tales quatuor quadratos numeros forte non offenderet?

Sed parcum me ſuſpicaris amice, dum 35 ducatos et $\frac{5}{7}$ unius me expendiſſe commemoras. Cum enim in prima emptione expendantur 15 ducati, oportebit ſecundum te in ſecunda emptione expoſitos eſſe reſiduos ſcilicet $20\frac{2}{7}$, quibus empta ſunt 27 brachia: unde et ſecundum regulam quatuor quantitatum proportionalium pro 15 ducatis habebuntur brachia $19\frac{137}{142}$. eritque numerus ducatorum et brachiorum omnium $82\frac{249}{994}$ minor ſcilicet quam 100. Per artem autem rei et cenſus quam uocant algebram brachia

empta

empta 15 ducatis inueniuntur. 29 dempta radice quadrata de 436. Ducati autem quibus emebantur 27 brachia fuerunt 29 et radix quadrata de 436: intelligendo radicem quadratam ut moris eſt loqui in hac arte: nam numerus ille 436 non eſt quadratus. Numeros auium recte computaſti. Vas autem conicum tantopere euacuatum tibi poſtea placebit, ubi uinum in eo contentum guſtaueris, non enim uulgare eſt ſed maluaticum. Laudandus demum eſſet pincerna qui ex 17 urnis in ueritate facere poſſet 19 et aliquid amplius: equidem ſecundum rationem priſmatum et portionum circuli non inuenio niſi 17 urnas extractas et minutiam quantam exiguam.

Hec libuit circa prefatas interrogationes recenſere: non ita me deus amet, animo arrogandi: ſed potius ne more quorundam feciſſe me putes, qui grauiſſima ceteris onera imponunt, ipſi autem neque ferre neque ſoluere poſſunt: hinc etiam plane doceberis quam libens in huiuſmodi rebus exercear. Non poſſum autem Luciano tuo abſenti non miſereri qui in ſuperficierum ac diſtantiarum menſurationibus ceteriſque rebus caput ſuum tota die obtundit: dure uidetur eſſe ceruicis cui tales res uidentur difficiles, que potius anime conſolationem afferunt et ad res ſecretiſſimas pandunt iter. Vbi ergo domum redierit, fac Ioannem germanum cognoſcat, ſpero enim ne cerebrum deinceps conterat ſuum, medelis ſalubribus obuenire. Nunc tuis interrogatis uir optime reſpondere iubeor: id autem ſatis docte fieri prohibet penuria librorum, et ab urbe remotio. Loci etiam amenitas nunc me tenet incolam, quo ſegnius id fiat, occaſio eſt in balneis Viterbienſium

et

et ſi numquam lauer, ſegetes tamen uirides et prata cetera que periocunda ſpectacula oculos plerumque afficiunt, ac animum a ſpeculationibus ſolitis dimouent.

Queris demonſtrationem anni quo naſci debuit ſaluator noſter *) uirtute coniunctionis magne aduentum ſuum precedentis ac ſignificantis: anni demum quo doctrinam ſuam mundo primum apparere oportuit, et legis ſue, quo pacto cauſis aſtronomicis precognoſci potuerit. Largius ſolito uocabulum demonſtrationis accipere uideris, nam in arte iudiciorum mille ſunt proprie demonſtrationes. demonſtrationem fortaſſe uocas cognitionem per experientias aut teſtimonia uirorum ſapientum habitam. Igitur non tam difficile eſt quam diſpendioſum ad hoc interrogatum reſpondere. Tempus enim huiuſcemodi coniunctionis nouitii etiam tabularum tractatores inuenire ſciunt: iudicium autem abunde conſummabit qui Albumazarem **) de coniunctionibus magnis uidit tractatu primo differentia ſecunda aut tertia ſi recte memini, cuius etiam ſummas cum aliis colligit Johannes eſchuide ***) in ſumma anglicana. item

*) Vid. *Vir. Iunii* Diſſ. de erroribus Aſtrologorum circa Thema Chriſti genethliacum. Lipſiae, 1701. 4.

**) Vixit A. C. 844. Ab aliis ad Saec. X refertur. Opus de magnis coniunctionibus et annorum reuolutionibus editum eſt Aug. Vindel. 1489. 8. Introductorium in Aſtronomiam Albumazaris Abalachi octo continens libros partiales. ibid. eod. 4. cum fig.

***) *Iohannes Eſchuid*, ſiue *Eſhvvid* de Aſhendon, Anglus, A. 1347 condidit ſummam iudicialem de accidentibus Mundi in uniuerſum, et in

item Meſſahalah *) in epiſtola ſua de coniunctionibus magnis. Sed luculentior omnibus eſt Antonius **) de monte ulmi qui in particula ſecunda ſententiam Albumazaris ſecutus rem hanc egregie proſequitur. que uidelicet coniunctio magna triplicitatem mutans aduentum prophete ſignificet. de natura eius: de operatione: de tempore aduentus et effectus eius: de ſignis corporis: de loco unde egredietur: de aduerſaturis doctrine ſue et ceteris. Has demum res retractat in particula quarta: id eo firmius memini quod in eo loco quotquot uidi exemplaria deficiunt. Si tractatus ille reuolutionum apud te integer eſt, uelim mihi communis fiat. Petrus denique cameracenſis in

in particulari, duobus tractatibus. Olim *Summa Anglicana* dicebatur. Prodiit Venetiis, 1489. fol. opera et cura Ioh. Lucilli Santritter. Tractatus iſte Iohannis de Eſchuide eſt (teſte Sauberto, Hiſt. Biblioth. Reip. Nor. p. 64) inter Codices membranaceos, ut et Albategni Commentarii, Alfragani differentiae, atque Tabulae Iohannis de Blanchinis.

*) Aſtronomus Iudaeus ſaec. IX in Arabia natus, proprie *Maſhalla* nominatur. Vid. Wolfii Biblioth. Hebr. Vol. III, pag. 821 et Salmaſ. de annis climactericis, pag. 309, *Herbelot* Biblioth. orient. Edit. I pag. 560. Weidleri Hiſtor. Aſtron. p. 209. Eius ſcientia motus orbis prodiit Norimbergae 1504 4. Liber nouem iudicum in iudiciis Aſtrorum. Venet. 1509. Liber Meſſahalae de receptionibus planetarum, et eorum coniunctionibus, et reuolutionibus annorum mundi Venetiis 1493 eſt editus. Recuſus Norimb. 1549. 4. De elementis et orbibus caeleſtibus. Norimbergae, 1549. 4. curante *Ioachimo Hellero*. Liber de ratione circuli et ſtellarum, et qualiter in hoc circulo operentur, cum Iulii Firmici Materni, Aſtronomicorum Libris VIII, Baſil. 1533. fol.

**) Hunc uirum plane ignoro.

in de legibus et ſectis huic interrogato tuo ſatiſfaciet. His contentus ſis queſo ne rem iam dudum quoad potuit elaboratam totiens tranſſcribere oporteat.

Queris inſuper que cauſa tam acerbam mortem ſaluatori noſtro attribuerit. quamuis gentilis et a religione chriſtiana alienus uideatur ſermo ille. Hec res ex duabus rationibus pendere dinoſcitur: ex coniunctione uidelicet magna tantum prophetam ſignificante: et ex natiuitate eiuſdem. Quoad primam uidelicet generalem radicem ſupra memorata reſumenda erunt. Ad ſecundum autem radicem firmandam ſcilicet natiuitatem eius calculandam dico tabulas modernas haudquaquam ſufficere: nam ſi per eas locum lune queſiuerimus ad tempus dicte natiuitatis, reperiemus eum differentem a loco quem reddunt tabule Ptolemei in tribus gradibus et amplius. In ſole etiam diuerſitas apparebit: tametſi minor quam in luna: preterea declinatio ſolis maxima tempore Ptolemei atque idcirco tempore natiuitatis chriſti a declinatione ſolis maxima in tabulis modernorum ſcripta in 20 ferme minutis differt: que res in aſcenſionibus obliquis ac aliis huiuſmodi diuerſitatem ingerere poteſt. Cur autem Ptolemei in hac re meminerim, hinc eſt, quod ipſe poſt Chriſtum 140. annis tabulas ſuas conſtituerit, ut ex primo capitulo tertii Almageſti trahitur, neque alius propinquior natiuitati Chriſti motus aſtrorum conſiderauerit. Non tamen idcirco ſtupendum eſt quo pacto id euenire poſſit ut in motibus corporum celeſtium tanta uarietas et incertitudo occurrat: fragilitate enim hominis per inſtrumenta motus aſtrorum obſeruantis, non ex rei ipſius conſiderate natura id accidit. Facto igitur fundamento huiuſmodi, quod propter abſentiam tabularum

dictarum efficere nunc nequeo, nihil reliqui eſt. quod difficile putari poſſit, ſi prius quidem Ptolemeum in quadripartiti ſui capitulo octauo: deinde uero alios de qualitate mortis nati differentes conſuluerimus.

Diem paſſionis ſalutifere dico fuiſſe feriam ſecundam: anno enim 34 etatis ſaluatoris noſtri equinoctium uernale fuerat uigeſima ſecunda die Martii: oppoſitio autem uera luminarium eodem anno proxime ſecuta equinoctium fuit completis 10 diebus Aprilis horis 23. et minutis 21 fere diebus non equatis. uidelicet die undecima Aprilis currente que fuit feria ſecunda, fuit enim b littera dominicalis. Hec quidem ſecundum tabulas modernas. nam per tabulas Ptolemei inuenietur tempus illud minus, adeoque ab ipſo inſtanti oppoſitionis luminarium ad inſtans medietas eclipſis luna potuerit percurrere 4 gradus fere. Quod autem equinoctii conſideratio huic ſeruiat propoſito, manifeſtum exiſtit. Iudeis enim precipiebatur in exodo ut quartadecima die menſis primi paſcha celebraretur: primus autem menſis habebatur cuius plenilunium in ipſo erat equinoctio aut ſtatim poſt ipſum equinoctium.

Anno chriſti 1425 fuit coniunctio duorum ponderoſorum completis diebus 30 horis 20. minutis 53 Auguſti ad meridianum Viennenſium. Locus uerus Planetarum terminauit gradus 12. minuta 31. ſecunda 11. ſcorpionis. Hec tamen coniunctio non mutauit triplicitatem quemadmodum propoſuiſti ſed fuit quarta ab ea que triplicitatem innouauit anno ſcilicet chriſti 1365 currente diebus 29 horis 16 minutis 15 completis: locus autem uerus planetarum

tunc fuit in gradibus 7 minutis 16 ſecundis 47 completis ſcorpionis. Coniunctio de qua querebas cum non ſit magna, non perhibetur ſignificare aduentum prophete. Si tamen talis eſſet qualem proponebas, indicii conſumatio ex prememoratis ſcriptoribus haberetur.

Queris tandem tempus coniunctionis uere proxime trium ſuperiorum ſecundum conſuetudinem tabularum. Onus graue admodum meis impoſuiſti humeris, ſi quidem haud facile eſt inueſtigare tempus medie coniunctionis eorum: plurimum enim intereſt, ueluti noſti, inter hoc et illud. Credo ſi quis Alfonſi tabulis aut aliis etiam reſolutis uſurus, huiuſmodi tempus numerare pergeret, aut fortuito queſitum inueniret, aut etas ſibi nequaquam ſua ſufficeret. Si quis tamen curioſus uideri mallet quam prudens, per tabulas Ioannis blanchini quam breuius fieri poſſet, id exequeretur querendo primo aliquas coniunctiones ueras duorum ponderoſorum cum locis eorum ueris ad tempora huiuſmodi coniunctionum, ſiue cum elongationibus ueris a ſole: deinde computando curſus Martis ueros ſiue elongationes eius a ſole ad predicta tempora. Quod ſi aliquam coincidentiam locorum uerorum ſiue elongationum a ſole inueniret, metam attigiſſe uideretur: ſi uero non, alie poſteriores coniunctiones uere duorum ponderoſorum querende eſſent ut prius. Sed inſanire potius quam aſtronomice exerceri uideretur quiſquis tam incerto negotio animum appellens. Habes tandem uir optime quicquid impreſentiarum tuis interrogatis reddere libuit: neque ueniam apud te habitum ire me ambigo ſi remiſſe nimium ac diminute reſponderim, penuria librorum, con-

 ditio-

ditioneque loci id perſuadentibus. qui enim meminiſſe poſſet omnium preceptorum ad iudicia proferenda neceſſariorum, uidi neminem. Atqui iactis bonis fundamentis numerorum, nemo ideoma ſaltem latinum callens iudicium complere trepidabit: nam ſi talem offendet conſtellationem, tale ſcriptum efferet iudicium: ſi aliam aliud: quo uerius mihi uidetur in aſtronomia quadruuiali ingenium demonſtrare quam iudiciali. hec enim non niſi magno et excellenti ingenio uiris attingenda prebetur: illam uero populares et rudes quique lacerare audent. Sed ne certamen nouum ineamus de his rebus modum ſermoni ſtatuo. Longe enim commodius uoce quam litteris definiuntur. Si quando conueniendi dabitur facultas de his atque aliis plurimis opere pretium diſſeremus. Interea tamen tue apud me crebro fac ſint littere, ne amor fauſto ceptus auſpicio refrigeſcat. materiam ad me ſcribendi tibi non defuturam arbitror, ubi lucianum tuum reducem feceris. at ſi nouis problematibus laceſſere permittes, accipe ſubſcripta: quod ſi ſolutio non nunquam perdifficilis uideatur, modum dumtaxat ſoluendi annotabis: non enim inſtar puerorum ad par uel impar pro fortuna ludentium, uerum more philoſophorum doctrinas regulares amplectentium, inuicem exercebimur.

Quidam antiqui duodecim domos celi diſtinguebant per circulos magnos tranſeuntes per duas interſectiones meridiani et orizontis, et per puncta diuidentia equatorem in duodecim partes equales, quorum punctorum duo quidem ſunt in meridiano, et duo in orizonte. Ponatur itaque principium Leonis in orientali portione orizontis: quero

quero initia domorum reliquarum in regione habente latitudinem graduum 26. Vtrum autem modus ille domos diſtinguendi acceptandus ſit an non poſterius differendum cenſeo.

Cum ſit poſſibile gradus ſigni aſcendentis et gradus ſigni in medio celi exiſtentis, equales eſſe numero. utrum angulorum aſſimilabis uero loco planete Victoris in loco coniunctionis uel oppoſitionis proximo precedentis natiuitatem. Verbi gratia ſit finis ſexti gradus piſcium in meridiano et finis ſexti gradus cancri in oriente. Vellem quoque ſcire latitudinem regionis in qua caſus ille ſoleat euenire.

Venus ponatur percurriſſe uero motu ſuo 2 gradus et minuta 25. arietis, habens latitudinem ſeptemtrionalem gr. 6 et minutor. 17. quero in quo puncto ecliptice terminetur linea recta radiationis ſue trigone. Volo dicere: ducendo lineam rectam a loco uero Veneris ſecundum longitudinem et latitudinem, ad eclipticam que linea ſit equalis lateri trianguli equilateri circumſcripti ab ecliptica. quero quis punctus ecliptice terminat hanc lineam. Similiter poſſem proponere de aliis radiationibus. Quantum autem, niſi me fallit opinio, modus ille radiationum conferret ſi in uſum ſumeretur, ſilentio nunc preteribimus. Sed iam calamus arcendus eſt, ne tumultuariis litteris magis gaudere uideatur quam aliquid frugi proferre. Dabis ergo pro manſuetudine tua ueniam et domino Octauiano ſuum ſeruitorem Joannem commendabis. Vale feliciter. Apud balneas uiterbienſes. die

Tuus totus Jo. germanus.

9.

I ✝ S

Joannes de regiomonte magiſtro Chriſtiano *) mathematicorum preſtantiſſimo ſ. d. p.

Si miraris uir egregie inopinas haſce litteras ab homineque ignoto datas, que ad ſcribendum me impulerit cauſam paucis accipe. Nuper apud dominum meum regem et proceres Hungarie mihi moranti afferebantur predictiones quedam ad annum ſuperiorem ex italia allate: in quibus tam crebram quam manifeſtam cernere erat diſcrepantiam ut quaſi ex compoſito autores ſibi inuicem contradixiſſe uiderentur. ab euentu autem rerum omnes pariter aberrantes. Illi uero principes ſubattoniti quamuis antea miro quodam aſtronomici ſtudii tenerentur amore cum tamen uniuerſalem pene animaduerterent fallaciam dubitabundi rogare ceperunt pro ſuo quisque ingenio unde nam tantus tamque communis error profluat. culpanda ne ſit ars ipſa an potius profeſſorum incuria. quumque priſci aſtrologi ſi creditur hiſtoricis ad unguem ſemper futura prenunciaſſe perhibeantur. Tales pene innumeras mihi queſtiunculas obiecerunt uiri illi arguti ac aſtronomiam probe callentes. Ego autem ex improuiſo reſpondere coactus

*) M. Chriſtianus Roder, Hamburgenſis. Ita uocatur in Matricula ſ. Catalogo Vniuerſitatis Erfordienſis A. 1463: *Factum eſt A. 1463 Examen 80 Magiſtrorum ſub Decano M. Chriſtiano Roder de Hambork in Quadrageſima.* Doppelmayr von den Nürnberg. Mathem. und Künſtlern, pag. 6, n. (hh); ubi etiam non nulla ex hiſce litteris depromta leguntur.

coactus poſtquam mores atque doctrinam aſtrologorum in italia iam pridem mihi notorum expoſui, huiuſcemodi erroris cauſam codicibus impinxi uel minus bene traductis uel indocte expoſitis uel alio id genus uicio labefactis. motus denique ſtellarum noſtra tempeſtate obſeruationibus non ſatis eſſe compertos quod et exemplis plurimis confirmaui non modo propriis uerum etiam alienis et iis quidem uirorum nobilium. hanc denique fallaciam non ſolum in quinque retrogradis ſed etiam in luminaribus ipſis animaduerti defectu eorum aliter per calculum et aliter per inſpectionem apparente. et ne fides recentioribus teſtimoniis negaretur, Albategnium introduxi qui utriusque luminaris defectus aliter in celo deprehendit quam per numeros ptolemaicos eliciebantur. quod et Ptolemeo ipſi obtigit inſpectiones ſuas ad numeros hipparchios conferenti. Hinc ſequi oportere quod neque reuolutiones ſiue mundane ſiue genitales per tabulas noſtras deprehendi poſſint nec ſtelle in domiciliis celi opportune ſiſti hoc preſertim attento quod ne domus ipſe quidem apte ab uniuerſis diſtinguerentur aſtronomis: quibus certe preteritis aut minus caute apertis iudicium omne aſtrologicum incertum fore. Hec atque alia multa ſuccincte et per tranſitum quendam coram ipſis recenſui ut artem hanc nobiliſſimam ab iniuriis imperitorum uindicarem. Finis autem totius colloquii noſtri eo tendebat ut niſi motus ſtellarum denuo inueſtigarentur uel ſaltem emendatius agnoſcerentur quemadmodum priſci fecere philoſophi Ptolemeusque ipſe omnium princeps ſepenumero id fieri ſubhortatur, non poſſe durare hanc artem ſed in dies laceratum iri ac tandem prorſus euaneſcere. Cum que inſinuarem me iam

dudum *) reſarciende aſtronomie fundamenta quedam iactaſſe: ſed hanc prouinciam unico homini nimis duram et pene importabilem eſſe. oportere quidem complurium obſeruatorum adminiculo ac frequenti ſiderum inſpectione hanc labem quoad eius fieri poteſt expurgari. Illi contra iam non cauſam morbi ſed medelam queritantes ſciſcitabantur ubinam talium ſtudioſi rerum offendi poſſent. reſpondi ego plurimos quidem paſſim aſtronomie ſciolos apparere qui uero artem hanc ceteraſque mathematicas eximie calleat preſertim in Germania preter unum magiſtrum Chriſtianum Erfordienſem extare neminem. Hoc pacto reſpondere me iuſſit officium. multa equidem de tua excellentia cum ex aliis pleriſque omnibus erfordia uenientibus tum ex fratre Aquino uolupe intellexi. neque defuit teſtimonium Ioannis Keller conterranei mei qui non modo doctrinam tuam ſed et mores ac uite integritatem apprime laudare ſolitus eſt. Quas tuas uirtutes coram proceribus recenſenti mihi mox imperatum eſt ut ope tua ad ceptum iam pridem negocium fruerer. Jtaque uir doctiſſime ſiue famam tuam preclaram ampliare uelis ſiue exercicio mathematicarum priuatim oblectari libeat ſiue etiam diſcipulis tuis haud mediocre commodum exhibere, pande queſo fores beniuolentie tue atque humanitatis: nouum et niſi me fallit animus haud ingratum olim futurum amicum recipe Joannem qui multorum principum domeſtica familiaritate poſthabita patrono contentus unico **) ad

*) *Infra ſcriptum eſt:*
Triangulo rectilineo propoſito maximum quadratum inſcribere.

**) Card. Beſſarione.

ad urbem Nurembergam conceſſit quo uicinior tibi factus tecum commodius ac tempeſtiuius philoſophari queat. Sinamus ceteros bellorum domare rabiem, nos autem more noſtro militemus non quidem equeſtri ut aſſolet certamine uerum potius librorum aſſidua euolutione. arma noſtra ſunto non ceſtus non pila neque arietes aut baliſte ſed radii hipparchii atque ptolemaici quos iam ex ere calaminato ſpectabiles ingentes atque ad celi contemplationem accomodatiſſimos extruxi. armillis denique et aliis id genus aſtronomicis machinis res agetur. Huic bello acerrimo te affore uelim ſiue ducem optimum ſiue commilitonem. expugnandi enim ſunt errores ueritatis hoſtes quibus non modo ſideralis diſciplina, uerum etiam omnes prorſus mathematice ſqualent ut illuſtratis olim tam preclaris artibus libri noui atque emendatiſſimi et quoad fieri poteſt incorruptibiles excribantur: cuius quidem negocii arduiſſimi onus iam humeris incumbit meis, conor equidem opere precium omnia mathematicarum uolumina preſſili conſcribere littera, ne mendoſa deinceps exemplaria lectores quamuis acutiſſimos obtundant. Non enim ignoras quam tenui uicio et ut ita loquar unius plerumque elementi tranſpoſitione longa et alias clara demonſtratio interturbari ſoleat. Nulli profecto codices hęc ſcribendi munere magis egent quam mathematici. quippe qui ob penuriam nominum elementis ſingulariis ad rę quasque ſignificandas utuntur atque idcirco corruptioni magis obnoxii redduntur. Quid de abacis dicam aſtronomicis? ubi ſi character unicus uel pretereatur uel tranſponatur uel quomodolibet uicietur totam labefactari paginam noſtram neceſſum eſt. Longum eſt enarrare qui per ſingulas mathematicas loci ſint excribrandi

di et non nunquam radicitus euellendi; adeo enim omnes oblitterate ſunt et per ſecula multa falſis expoſitiunculis atque fallacibus interpretamentis obrute ut ne uocabulum ſuum quidem ſatis tueri poſſint. Nempe a diſcendo ſi originem reſpicimus grecam nuncupate quomodo ullam prebebunt diſciplinam ſi tot tantisque mendis opplete ſuſpicionem pariant nihil prorſus ſibi ueritatis ineſſe? Nolim nimis diem terere in aſtrologia prediſtionaria quamuis ea ad te ſcribendarum occaſionem dederit litterarum. que quam fluxa ſit ac fragilis quamque autores ſui inuicem diſcrepent et quod turpiſſimum eſt multi ſibi ipſis minime conſtent propediem in publicum dabitur. Sed de quadriuiali minus ſuſpecta pudet profecto fateri quam lacera ſit et caduca. nam ut inſigniores eius notas omittam breuitatis gratia hoc unum magis dolendum quam accuſandum cenſeo quod hodie aſtronomi uulgo egregii uocitantur qui calculos motuum celeſtium utcunque promere didicerunt in tugurio non in celo aſtronomiam exercere ſoliti. et ſi quidem abſque errore id facerent aliquanto tolerabilior eſſet eorum faſtus: ſed illi creduli nimis Alfonſinum abacum quem celo lapſum uenerantur cum tamen nuſquam appareant rationes ſue cur pleraque immutauerit quodque celi ſtellati duplicem motum per tabulas ſuas expreſſerit, quod ſolarem eccentricitatem atque alia complura inuerterit. Facile reſpondebit computator quod obſeruationibus aſtronomicis innixus ſit, oſtendetur uel nullis uel perquam paucis eum inſpectionibus uſum eſſe. quinimo ex ſerie numerorum ſuorum atque exercicio plurima deducuntur inconuenientia que non ſolum Ptolemeo et Albategnio ac aliis uetuſtioribus ſed et hodiernis repugnant experimentis

tis et quidem manifeſte adeo ut uix abſque pudore coram doctis recenſeri poſſint. Sepe equidem patrocinium huius uiri contra non nullos aduerſarios ſumpſi qui per ſuas tabulas, aut toletanas ſiue alias iam diu exploſas illuſtrare et pro certioribus redintegrare conabantur. ubi uero neque has neque illas ſatis roboratas eſſe animaduerti, ueritati potius ſtudendum cenſui quam infirmis quibuslibet inuentionibus allucinandum. Ceterum ille Alfonſine multas pepererunt filias matris utique contagio laborantes. quas neſcio ſi compellare liceat ſine maliuolentia quorundam, adeo tabulatoris primi autoritas plerisque omnibus irrepſit. Hec eximie uir non per inuidiam ita me Deus amet commemoro: non enim me fugit erratis quidem monitu Ariſtotelico ueniam dari oportere, bene autem inuentis multam habendam eſſe gratiam. uerum commiſeratione quadam inductus paucula meditationum mearum initia aperire libuit ut ope tua rectior olim numerandi formula aſtronomie ſtudioſis traderetur. Quocirca ſi quaſdam ſtellarum inſpectiones motuumque celeſtium obſeruationes, aut utriusque luminaris defectus aliquando litteris mandaſti, fac queſo mihi communes fiant, illis enim ad meas collatis aliquid ſpero quod emendandis ſupputationibus aſtronomicis conducat elicietur. Quodſi meas quoque uiciſſim cupis, e ueſtigio tibi impertiar. quas in ſtudio Viennenſi una cum preceptore meo *) conſcripſi: quas rome in domo domini Niceni **) cardinalis: quasque pataui ac demum in regno hungarie et nuperrime in urbe nuremberga feci

*) Georgio Peurbachio.

**) Beſſarionis.

feci deincepſque facturus ſum. Eam enim mihi delegi domum perpetuam tum propter commoditatem inſtrumentorum et maxime aſtronomicorum quibus tota ſideralis innititur diſciplina, tum propter uniuerſalem conuerſationem facilius habendam cum ſtudioſis uiris ubicunque uitam degentibus quod locus ille perinde quaſi centrum europe propter excurſum mercatorum habeatur. Quod autem ex te nunc deſidero ab aliis quoque celi ſpectatoribus ac generalibus ſtudiis omnibus quantum fieri poteſt expoſcam, ut congeſtis uariis ac certis obſeruationibus numeri tabulares meliuſculi reddantur. Quo facto ſi Deus aſpirabit planetarum ephemeridas uocant almanach ad triginta uel plures annos charactere preſſili pro amicis uniuerſis componam. Nam etſi uniuerſe arti inſtaurande etatem noſtram dubitemus ſuffecturam, conandum tamen eſt pro uiribus ut aliquid ſaltem ueritati propinquius inueſtigetur ne uitam inerti ſilentio tranſegiſſe criminemur. Habes iam ut arbitror cuius rei gratia ad te litteras dederim quamuis et alie complufcule ſcribendi occaſiones non defuerint. Quid enim de aſtrologia ceteriſque mediis ſcientiis mirum eſt ſi nonnunquam claudicent cum binis ſingule pedibus altero quidem recto, altero autem contorto gradiantur? extremarum enim ſcientiarum altera plerumque incerti aliquid afferre ſolet. Nam ipſe etiam primarie mathematice purgamento haud mediocri egere uidentur. ita uorax etas omnia penitus attenuat ut indubitabilis ueritas et cui primum certitudinis gradum peripateticorum antiſtes tribuit, ab opinionibus falſiſque interpretamentis contaminetur. et ut ab ipſo quaſi ueſtibulo geometrie quedam promantur libamenta quid dices de principio quod de recta quauis linea

duabus

duabus incidente aſſumitur ? nonne illud longe obſcurius et ab intellectu remotius eſt quam uigeſima nona primi elementorum euclidis concluſio, cuius gratia principium illud premittitur ? Quem ſcrupulum et Campanus *) animaduertens hoc principium inter petitiones ſtolide collocauit quamuis greci inter communes ſententias ordinarint. Sed arabes nonnulli a miniſterio demonſtrationis penitus reiecerunt hoc proloquium aliter quidem equidiſtantes lineas diffiniendo. Pudet profecto recenſere labores Campani, quibus fruſtra ſtabilire tentat principia quinti elementorum uoluminis, quippe qui diuturno ſtudio ac magno uerborum inuclucro irretitus poſtremoque feſſus atque deſperabundus eadem ſemper recidiua laborat, idem ſcilicet per ſe ipſum diffiniendo. Nam quid tandem aliud pretendit diffinitio ſexta ſecundum mentem eius quamque quanti-ta-

*) Iohannes Campanus, Nouarienſis Italus, A. C. 1001 Euclidem ex Arabico uertit. Eius Commentaria primis additi ſunt Euclidis editionibus. Vid Heilbronneri Hiſtoria Matheſ. uniuerſae, p. 450. Reliquit Regiomontanus Euclidis Elementa cum Anaphoricis Hypſiclis, (qui A. C 160 floruit et Auctor creditur Libri XIV et XV Elementorum Euclidis) e uerſione Campani, euulſis tamen pleriſque mendis, quae proprio Commentariolo indicabantur, quo demonſtrauit uir doctiſſimus placita Campani ex editione elementorum geometricorum reiicienda, quae uero cum aliis multis Regiomontani, incuria heredum Bernhardi Waltheri, perierunt. Ceterum Hypſiclis Alexandrini liber *αναφορικος* ſiue de aſcenſionibus, editus eſt graece cum latina uerſione Iac. Mentelii ab Eraſmo Bartholino, Lutetiae Pariſiorum, 1657. 4. Poſſidebat Regiomontanus etiam uerſionem Euclidis latinam A. C. 1130 ab Athelardo ſeu Adelardo, Anglo, Monacho Bathonienſi ex Arabico factam, quae eſt, teſte Doppelmaiero de Mathem. Norimb. p. 13, inter Bibliothecae huius libros manu exaratos.

titates incontinue proportionales ſunt quarum prime et tertie ſiquidem multiplices iterumque ſecunde et quarte eque-multiplices, ſi conferantur eodem ordine quo ſubmultiplices proponuntur, incontinue proportionales ſunt. illud enim ſignificat ſimilitudo additionis aut minutionis uel equationis quam ipſe ſimiliter introducit. Vndecime autem diffinitionis expoſitio quam ridicula ſit facile quiſpiam intelliget qui proportiones irrationales denominationis penitus exortes duplicare triplicare aut quantumlibet multiplicare didicit. Porro principium decimi uoluminis quomodo conſtabit ſi ſeſquitercia proporcio infinities etiam coaceruata ſeſquialteram neque ſuperare poteſt neque etiam attingere? Quodſi porporciones minoris qualitatis non ſunt de eodem genere quantitatis quomodo altere ex alteris componi poterunt? Si autem a genere quantitatis omnes prorſus excludende ſunt proporciones, nulla omnino erit proporcionum proporcio. et ideo fabulas narrant quicunque ſeptimi phyſicorum regulas de uelocitate motuum traditas ſubtiliter exponere conantur. Omnis etiam ferme calculationum in italia celebratarum corruet argutia, nugari uidebitur poſtremo quicunque de proportionum proportionibus differere quidpiam tentant. Audire uelim qui primam undecimi demonſtret prius quam ſecundam cum tertia decima primi cuius ſuccurſu prima undecimi fulciri debet, lineas ſuas in eadem planitie ſupponat. tales autem concidentes lineas que in figura prime ſunt, in eodem eſſe plano non niſi per ſecundam conſtare poteſt. Sed quid in elementis illis puerilibus diem terimus cum in abſtruſiori geometria principes etiam artis ſeſe falſo reprehendere

dere uideantur. Menelaus *) quidem Theodoſium emendaturus ſuo ſe gladio iugulat. Nicolaus autem cuſenſis **) cardinalis geometra ridiculus atque Archimedis ***) aemulus, quantas oſtentabundus noſtra tempeſtate inuexit nugas? quippe qui plurimos quadrabilis circuli modos edidit friuolos penitus et non niſi lullianis quibuſdam ſuaſiunculis innitentes. Paucula hec de lapſu mathematicarum perſtrinxiſſe ſatis eſt, quamuis ab initio de huiuſcemodi rebus ſcribere haudquaquam conſtituerim. Vbi autem pari uoto reciprocam inter nos beniuolentiam agitare ceperimus, non pigebit meditationes meas altiores forſitan animo detegere. Quodſi conuerſationis formula placet qua in

*) Vid. ſupra pag. 116.

**) Nicolaus Cuſanus dictus a Cuſa, pago natali in Dioeceſi Treuirenſi, Epiſcopus Brixienſis, et Preſbyter Cardinalis, titulo S. Petri ad Vincula, celebris erat Philoſophus, Theologus atque Mathematicus. Obiit Romae A. 1464. Opera prodierunt Baſileae, 1565. fol. Tractatum Regiomontani de Quadratura circuli contra Nicolaum Cuſenſem ſupra pag. 90 commemorani. Scripſit eum Venetiis A. 1463 ubi doctrinam triangulorum abſoluit. Sub finem autem huius anni ob uarias inſidias, quas ei Georgii Trapezuntii († 1486) filii propter uitia Trapezuntio in uerſione ſua Almageſti Ptolemaei, atque Commentarii Theonis monſtrata, parabant, Viennam ſe contulit. Periit incuria exſecranda ſtultorum Waltheri heredum, Regiomontani *Defenſio Theonis Alexandrini in ſex uoluminibus contra Georgium Trapezuntium*, ubi monſtrabat, friuola eius eſſe commentaria in Almageſtum, traductionemque ipſam Operis Ptolemaici uitio non carere.

***) Eius κυκλου μετρησις Eutocii Aſcalonitae commentariis illuſtrata, cum uerſione ac notis Ioh. Walliſii prodiit Oxonii, 1676. 8.

in italia uſus ſum ad Joannem blanchinum, ſenem in numeris exercitatiſſimum, alioſque uiros grauiſſimos, libenter tecum eo colloquii genere diſſeram. mos erat alternis inuicem problematum tentamentis oblectari, quum ueras audire et reddere uoces negabatur. Hunc itaque iocundum et reciprocum acuendi ingenii ſtimulum equo ſuſcipiamus animo. et quum per otium poteris de me quoque per argutias tuas periculum facito. Sic enim niſi me fallit opinio, uerum in pleriſque exculpemus abſtruſis rebus. Vt autem ſupputationis tollatur faſtidium, ſatis erit circa unumquodque problema breuiuſculam ratiocinando ſeriem adnotaſſe. non enim ad unguem cuncta exprimi poterunt preſertim ubi malignitas linearum irrationalium obſtiterit.

Ab aſtronomicis igitur principium fiat.

A. Anno preſenti 1465 quum ſol in capite arietis reperiebatur per calculum uulgatum, queritur quantus fuerit arcus ecliptice inter locum eius uerum et circulum equinoctialem comprehenſus: quantaque fuerit ipſius ſolis ab equinoctiali declinatio. Quid rides uir humane? an mirum aut impoſſibile tibi uidetur ſubiectum problematis. Tranquille uelim accipias monimenta Joannis tui qui profecto ex fundamentis alfonſinis deducet ſolem tunc ab arietis initio diſtare ſex ferme gradibus atque idcirco declinatione non penitus caruiſſe. Cum autem illud ſpectet ad iudicia annua quomodo uitabit errorem aſtrologus ſi caput anni radicem predictionis ſue prorſus ignorauerit?

B. Si octauus piſcium gradus fuerit in cardine regio, octauus autem cancri horoſcopi dignitatem tenuerit in genitura

nitura hominis cuiuſpiam, utrum horum angulorum aſſimilabis loco planete ſextum tauri gradum poſſidentis qui ſcilicet in coitu aut oppoſitu luminarium proximo genituram precedente ceteros poteſtatum multitudine uicit ? Vocant arabico animodar.

Quod ſi ab huiuſcemodi rebus incertis atque inextricabilibus abhorres fragilem penitus iudiciariam ratus aſtrologiam, dic queſo latitudinem habitationis ubi octauo cancri gradu exorto octauus piſcium in meridiano reperiatur. Id enim aſtronomie quadruuialis opificium eſt. Suppono autem exercitii gratia maximam ſolis declinationem 24 graduum.

Vrbs roma longitudinem habet ab occidente graduum 35 et latitudinem ab equinoctiali 42. graduum : erfordia uero longitudinem 27 graduum latitudinemque 51. (hos quidem numeros exempli gratia ſumo ſiue certi ſint, ſiue ambigui) Quero poſſitne idem ecliptice punctus reperiri ſimul in utriuſque urbis orizonte. Et ſi poſſibile eſt quis ſit ille. Quodſi duo talia puncta offendi poſſunt que ſint illa. Soluto autem problemate haud dubium erit duas habitationes immo innumeras tam longitudine quam latitudine diuerſas in aſcendente quopiam commeare : que res quantopere indicibus perſpicienda ſit, facile quiſque decernet. C.

Stella quedam fixa ſecundum longitudinem quidem zodiaci obtinens gradus 13 min. 15 geminorum, latitudinem autem borealem 8 graduum, in quadam habitatione occidit cum gradibus 23 geminorum, queritur latitudo illius habitationis. D.

E. Si duarum ſtellarum latitudine carentium altera quidem in fine decimi gradus tauri fuerit, altera autem in fine uigeſimi quinti eiuſdem ſigni. tertia uero diſtet a prima quidem undecim a ſecunda autem 17 gradibus. Queratur latitudo huius tertie ſtelle ab ecliptica locuſque eius uerus per longitudinem zodiaci.

F. Arcus ecliptice 20 graduum de quarta uernali equalis eſt aſcenſioni ſue recte. quero principium talis arcus quantum diſtet a capite arietis. Suppono exercitii gratia maximam ſolis obliquationem 24 graduum. De obliqua autem aſcenſione ſilendum cenſeo quia ſi talis quepiam ponatur equalis ſuo arcui ecliptice, profundiore opus erit inquiſitione.

G. Pono Saturnum in gradibus 10 arietis. Iouem in gradibus 23 leonis, martem uero in gradibus 17 uirginis per medios curſus ſuos. Quero an unquam coniungentur illi tres. Et ſi ita, in quanto tempore ab inſtanti ſituum poſitorum conuenient. Quod ſi non eſt poſſibile omnes tres ſimul iungi, queritur quam minimis diſtabunt interuallis. Motus autem Saturni medius in die ſupponam eſſe due prime minute et una ſecunda. Iouis 4 gr. 59min. Martis uero 31 gr. 27 min. quemadmodum in tabulis ſtatuuntur. De uero autem eorum conuentu ne uerbum quidem fecero quin labor immenſus eſt.

De aſtronomicis hactenus. Nunc ad geometricos ludos deſcendamus.

H. In triangulo a b c cuius angulus b rectus eſt ab a uertice ad baſim b c demiſſa eſt recta a d hoc pacto ut quod ſub dua-

duabus d a et a c continetur rectangulum *) una cum quadrato linee d c equale ſit quadrato a c. Quero quanta ſit d c linea. Suppono autem a b latus 24 pedum, b c ſeptem et a c 25.

Circulus quiſpiam diametrum habet 100 pedum, cui inſcriptus eſt quadrangulus rectilineus habens latera in proportionibus horum numerorum 4. 7. 13. 19. Queritur quanta ſit area huius quadranguli. Item quero centrum grauitatis eiuſdem quadranguli. Voco autem centrum grauitatis cuiuſpiam ſuperficiei plane ſecundum Archimedem illud punctum ex quo ſuſpenſa ſuperficies eque diſtat orizonti. De ſuperficiebus enim naturalibus hec ſunt accipienda, que ponderis capaces extant. I.

Duo circuli equales in eodem plano conſtituti ſe ſecant quorum utriuſque diameter eſt 50 pedum, corda autem communis eſt 26 pedum. quero aream et angulum utriuſque lunule. Item quot huiuſcemodi anguli lunulares ſpacium repleant ſuperficiale, ſi modo replere queant. Si enim non, queritur maxima multitudo talium angulorum a quatuor rectis deſinentium. K.

Viginti quidam anguli lunulares replent locum ſuperficialem. quero proportionem lunule ad oualem id eſt ſuperficiem communem duobus circulis ſe ſecantibus. Circulos autem ipſos pono equales. L.

Eſt quedam planicies ad orizontem et meridianum inclinata, cuius inclinatio ad orientem et ſeptentrionem uergit. ad orizontem quidem inclinatio 40 gradus complectitur: ad meridianum autem 57. queritur longitudo umbre quam pre- M.

*) Vid. Tab. I. Fig. XXI.

proiicit ſciaterus ſiue gnomo aut ſtilus tripedalis ad planitiem ipſam perpendiculariter infixus ſole habente altitudinem meridianam 60 graduum. Item quero angulum inclinationis eiuſcemodi planiciei cum equinoctiali circulo ſi qua eſt talis inclinatio in regione cuius latitudo eſt 51 graduum.

N. Habeo tres angulos rectilineos quorum unus eſt 24 partium qualium quatuor recti ſunt 360, alius autem 35 et tercius 46. ex iis conſtituo angulum ſolidum pyramidalem. Quero proportionem anguli conici qui dicto pyramidali angulo inſcribi poteſt, ad angulum conicum eidem circumſcriptibilem. Voco autem angulum conicum qui ſuperficie conica ambitur. que certe conica ſuperficies naſcitur ſi linee recte alterum quidem terminum fixeris, alterum autem penes circuli circumferentiam rotaueris.

O. Sphera quedam habet diametrum ſexaginta pedum in qua duo circuli minores ſe ſecant quorum alterius quidem diameter eſt 50 alterius uero 40 pedum. et ſectio eorum communis 35. Quero quante ſint recte linee ad binos eorum polos deſinentes. Item angulum inclinationis talium circulorum ſi modo ad ſe inuicem inclinati ſunt.

P. Triangulus ſpheralis ex tribus circulorum magnorum arcubus conſtans latus unum habet 15, aliud 24, tercium uero 34 graduum. diameter autem ſphere habet centum pedes. Quero aream huius trianguli ſpheralis. Item quero ſingulos eius arcus. Item proporcionem circuli connexi cum circumſcribentis ad circulum connexum ei inſcriptum. Circulus autem conuexus uocetur portio ſuperficiei ſpherice quam claudit circumferentia circuli plani.

Q. Queritur quam proportionem habeat angulus icoſedri ad angulum dodecaedri.

Si

Si aliquot anguli tetraedri replent locum corporalem : R.
itemque aliquot anguli octoedri talem locum complent. queritur huius multitudinis angulorum ad illam proportio. Si uero neutri complent locum ſolidum queritur utrobique maximus angulorum numerus minor octo rectis ſolidis ſpatium corporale opplentibus.

Trianguli cuiuſpiam rectilinei arca 70 pedes ſuperficia- S.
les complectitur cuius tria latera ſunt in proportionibus horum trium numerorum 9. 14. 17. quero quantum diſtent centra duorum circulorum quorum alter quidem ipſi triangulo inſcribitur, alter uero eidem circumſcribitur.

Si moleſtum non eſt, alia deinceps utcunque incident problemata ſubnectam.

Diuiſi lineam a b quinque pedum in c puncto ſecun- T.



dum proportionem habentem medium et duo extrema, maiori parte facta a c: fecique lineam ipſam caraſconem, dico ſtateram imparium brachiorum cuius ſuſpenſorium ex c puncto diuiſionis: ex punctis autem a et b ſuſpendo duo corpora regularia, icoſedron uidelicet ex puncto b, duodecaedron autem ex puncto a ita ut equeponderet, hoc eſt linea a b equediſtet orizonti. Quero proportionem duarum ſpherarum ipſis corporibus ſuſpenſis inſcriptibilium. *)

Triangulus **) a b c tria latera habet cognita, a b qui- V.
dem 15 pedum, a c autem undecim et b c 8 : in cuius area

*) Idem problema legitur ſupra pag. 162.

**) Vid. Tab. 3, Fig. XXII.

punctus d accipitur hac conditione ut eo copulato tribus cuſpidibus trianguli per tres lineas d a, d b et d c, duo anguli a d b et a d c fiant equales inuicem d a uero linea 5 pedum longitudinem habeat. Queritur longitudo utriuſque lineae d b et d c.

X. Sole habente altitudinem 35 graduum uertex iridis ſuper orizontem eleuatur gradibus ſeptem, pes autem eius uterque ab oculo inſpectoris diſtat paſſibus ducentis. Queritur corda iridis, et quanta ſit ipſa portio reſpectu totius circumferentie.

Y. Lumen ſolis altitudinem habentis 37 graduum incidit per quandam feneſtram circularem ad pauimentum quoddam equediſtans orizonti. eſt autem feneſtra ipſa in pariete ad orizontem erecta, cuius quidem diameter ſex pedes continet, centrum autem eius a pauimento 28 pedibus extollitur. Quero quanta ſit ſuperficies pauimenti illuminata. *) Item ad quantam ſolis altitudinem talis incidentia radioſa fiat perfecte circularis ſi modo poſſibile eſt ita euenire. Quo autem inueſtigatio ſimplicior atque idcirco facilior fiat, ſolem inſtar puncti accipiamus.

Z. Eſto ſpeculum concauum ex ſphera habente diametrum decem pedum. ponanturque oculus et uiſibile in eadem diametro talis ſphere: oculos quidem duobus diſtans pedibus a centro ſpeculi, uiſibile autem tribus. quod quidem uiſibile ab oculo cernatur per radium reflexum. Queritur quantum punctus reflexionis diſtet ab utroque termino diametri in qua oculus cum uiſibili conſtituitur.

Per-

*) Idem problema legitur ſupra p. 162.

Pertica quedam decupedalis perpendiculariter ſuſpenditur: cuius pes ab orizonte quatuor extollitur pedibus. Queritur punctus orizontis a quo pertica ipſa cernitur quam longiſſima, hoc eſt ſub maximo angulo. Verum cum infinita ſint talia puncta circumferentiam circuli occupantia. queritur quantum diſtet unumquodque eorum a pede ſuſpenſe pertice.

Inuenias tres numeros quadratos de medietate arithmetica quorum minimus ſit maior hoc numero 20000.

Inuenias tres numeros de medietate armonica uſitata in qua ſcilicet proporcio maximi termini ad minimum eſt ſicut differentie maximi et medii ad differentiam medii et minimi. Minimus autem huius medietatis terminus ſit maior hoc numero 500000.

Inuenias uiginti numeros quadratos qui omnes ſimul iuncti quadratum unum conſtituant, numerus autem eorum ſit maior hoc numero 300000.

De cubis autem quotlibet cubum unum conſtituentibus nihil proponere decreui propter immenſum fere laborem in ea inueſtigatione numerorum.

Tres ſocii ponunt ſimul 80 ducatos cum quibus lucrantur 20 ducatos. quorum primus recipit pro capitali ſuo et lucro 24 ſecundus item pro capitali et lucro ſuo 33 tertius uero pro capitali et lucro 43. pecunia primi ſocii ſtat tres menſes, ſecundi quinque. tertii uero undecim menſes. Queritur quanta fuerit pecunia capitalis uniuscuiuſque ſociorum.

Cordam octupedalem diuiſi in tres partes quarum prima ad ſecundam id . eſt mediam ſonat ſemitonium minus, tertia autem ad predictam mediam ſonat duos tonos cum ſemitonio uero. Queritur quanta fuerit unaqueque trium cordarum partialium. Semitonium quidem uerum in natura extat quamuis ratione numerorum exprimi nequeat.

Eſt canna quedam ſiue fiſtula cylindrica cuius longitudo 12 pedum, latitudo autem ſiue etiam profunditas tribus palmis conſtat, facturus ſum aliam fiſtulam que cum predicta conſonantiam reddat per quinque quam uocant diapente : cuius quidem fiſtule longitudo uigempla ſit latitudini ſue. Quero quanta fiat longitudo illius ſecunde fiſtule quantaque latitudo. *) Pedem conſtruo ex quatuor palmis geometricis ne menſurarum altera reductio lateat.

In ſtatera ſiue bilance ponuntur duo pondera in proportione horum numerorum 35. et 32. Quero quantitatem anguli acuti quem continet perpendicularis ſiue alterum brachiorum cum ipſo ſuſpenſorio.

Pertica quedam erea equidiſtantibus ſuperficiebus atque rectangulis continetur, cuius longitudo latitudini ſue atque profunditati trigempla eſt : pondus autem totius uirge eſt 24 librarum. libram autem ſuppono cubum ereum cuius latus tribus conſtet digitis. Queritur longitudo totius pertice. Item ex quo puncto ſuſpendi debeat ut pertica ipſa cum ſuſpenſorio tertiam anguli recti partem complectatur.

Duo

*) Idem problema uid. ſupra pag. 160, 161.

Duo ſunt pondera colligata atque ſecundum ſitum equipollentia quorum alterum quidem recte, alterum uero oblique deſcenderet, ſi a communi ligatura ſoluentur. Via autem obliqua ſecundi ponderis cum orizonte angulum continet uiginti graduum qualium unus rectus eſt nonaginta. Quero proportionem talium ponderum. Equipollentia autem uoco pondera que ſeſe uiciſſim a deſcenſu prohibent. Vt ſi b c recta uice orizontis intelligatur. a b autem ad centrum mundi uergat et a c cum b c angulum uiginti graduum contineat. d pondus minus per a b et e pondus maius per a c deſcenſum petat abiecto communi uinculo. *)

Habeo ſpeculum Archimedis annulare ex ſectione parabolica factum cuius margo circularis maior quinque pedes continet, minor autem tres. profunditas uero ſpeculi eſt bipedalis. Quero locum uſtionis. itemque ſagittam cum latere erecto. Voco autem profunditatem ſpeculi partem axis que inter centra duorum circulorum marginalium concluditur.

Sed iam ludendi finem facio, ubi uero per litteras tuas uir optime certior fiam, quo in genere mathematicarum plus delecteris, tunc demum res ſerias aggrediemur. Plures quidem in arte algebrica queſtiunculas promerem ſi te ex ea re uoluptatis aliquid aucupaturum intelligerem. Hoc autem ſcire uelim habeas ne in bibliotheca tua, libris raris ut audio refertiſſima, quicquam de equipollentiis ſolidorum, unde ars illa ſubtiliſſima de re et cenſu ampliari

*) Vid. Tab. 3, Fig. XXIII.

pliari poſſit. Sunt enim, qui ſe iactent ampliorem habere artem algebricam quam in ſex capitulis uulgatiſſimis traditur. Sed ipſi profecto ignorant, hanc artem ad cubos, cenſus cenſuum, atque ulteriores potentias extendi. non poſſe, niſi prius geometria ſolidorum equipollentium edatur. quemadmodum enim tria capitula compoſita ſuperficierum equipollentiis innituntur, ita nouum artis additamentum ex commutatione ſolidorum hauriatur neceſſe eſt. Hec ideo commemini ut labor meus ad id negotium aſſumptus in parte leuetur. facile enim erit inuentis addere quidpiam. et ſi hec geometria apud te non eſt, hoc ſaltem munus exhibere poteris, ut inuentarium bibliothece illius ad me quantocius mittas, que plurimis abundat mathematicis codicibus, cuique ut accepi tu prefectus es. hoc enim firmum erit pignus future conſuetudinis noſtre. pro qua re et ego miſſurum me polliceor opera ſi qua apud me fuerint tibi placitura. Preſertim ſi appetes illud nouum de primo mobili quod nuperrime patrono meo regi pannoniarum *) dedicaui : cuius quidem fructum ad te mittam quamprimum litteras tuas ſuſcepero, que ſi meis anguſtiores erunt, nihil referet. Nam et ego ab initio epiſtolam non codicillum ad te ſcribere deſtinaui. ſed amoris impetus filum orationis longius produxit.

Vale feliciter. Ex Nuremberga die 4 Iulii anno chriſti 1471.

Cete-

*) Matthiae Coruino de Hunyad. Editae ſunt forſan iſto anno, in forma quarta, et non 1475, uti Doppelmayr pag. 20 arbitratus eſt.

Ceterum ſi in ſtudio ueſtro ampliſſimo *) alii ſunt uiri mathematicarum ſtudioſi, fac queſo mihi innoteſcant, meamque in amicos beneficentiam experiantur. Suſcita queſo ingenia frigidiuſcula ut unanimi ac ſolerti inquiſitione artes noſtras digniſſimas et propediem niſi amplius ſuffulte fuerint occubituras, quoad eius fieri poteſt, erigamus. Mea quidem non refert in hoc negotio tam arduo tamque ampliter profuturo ſiue miniſtrum, aut diſcipulum alius quiſpiam me ſubſtituat, ſiue hortatorem ſectetur, modo reipublice litterarie aliquid commodi accedat. et ne premia certaturis deſint, preter coronam quadruuialem, preter laudes uberrimas quas coram primoribus uiris impiger ego et ſedulus preco decantare ſolebo, munus etiam aureum exhibere decreui, cuicunque etenim ſex certa, non dico que, preſcriptorum problematum ſoluenti, pro ſingulis bona fide binos aureos hungaricos me daturum polliceor. Vale feliciter.

* * *

Pergo nunc in recenſendis reliquis huius ſcrinii minoris Codicibus chartaceis in forma quarta.

Philoſophia nominalium uindicata, Autore *Johanne Salabert*, Preſbytero Agenuenſi. Eſt Apographum elegans Libri rariſſimi, Pariſiis 1651. 8. impreſſi. Quia in Gallia, quidquid egerit Moſhemius, nanciſci eum haud potuit,

*) Huius Hiſtoriam enarrauit Iuſtus Chriſtophorus Motſchmann in Erfordia litterata; Erfurti, 1729 ſeq. 8. Pag. 357 inter Rectores magnificos legitur: *M. Chriſtianus Ruder, de Hamborch, L. V. Bac. 1471.*

potuit, deſcribi curauit A. 1750 Pariſiis, ſecundum exemplum Bibliothecae regiae. Vid. Theſ. epiſt. *Lacroziani* T. III, p. 76.

Varia Anagrammata Leopoldo I et Reip. Venetae conſecrata a *Georgio Benedicto Fabro*, Vohenſtruſenſium Paſtore. Anno 1689.

In forma octaua.

Collectanea (latino-germanica) ex colloquiis habitis cum D. Martino Luthero in menſa per annos ſex, quibus cum eo Witteb. communius ſum uſus. Iohannis Mattheſii αυτογραφον. Manus peſſima.

En initium διαλογισμων:

1) Haec eſt ſumma Papae et omnium Cardinalium, et Eraſmi, qui ſentiunt: Religio tota eſt fabula, ſeruanda tamen eſt religio, ut regnum et monarchia Papae ſeruetur, quae ſine metu religionis collaberetur, neque enim uulgus poſſet retineri in officio. *Dazu brauchen und halten ſie die Religion.*

2) Cabala fuit apud S. Patres non ſtulta illa litterarum tranſmutatio, ſed Spir. S. et continuabat ſententias, quas per manus poſteris tradebant, quae non erant apertae in lege, ut: quod lex non iuſtificet. Bene autem dicunt Cabalam in monte acceptam, quia fere Spiritus S. קבל accepit, inde dixerunt Cabalam, q. d. doctrinam per manus traditam. Sicut fuere Sententiae Patrum.

3) Iuſtus perit in iuſtitia ſua. Eccleſ. *Grav Georg von Wertheim ſtirbt dahin*, impius alius princeps uiuit *als H. G.*

G. (Herzog Georg) von Sachſen. Sic *Nüzel zu Nürnberg ſtirbt, Ernſt von Schönberg wird wieder geſund.*

4. Mundus inſanit contra Chriſtum, *wir aber wollen mit dem Namen Chriſti zu ſcheitern geben, &c.* Adhaerent et alia: Lutheri tract. εις γενεσιν, et contra Miſſam priuatam, quae Vitus Theodorus collegit e libro Lutheri. Paraphraſis Lutheri περι δικαιοσυνης Philippi.

Apographum Libri ſententiarum Philippi Melanchthonis. In 8 min. *Caſparus Hirſch* dedit hunc librum D. Ioachimo Camerario, Fratri ſuo omnibus modis dilecto. Anno 1557. Witebergae.

Ioachimi Camerarii Liber ſententiarum.

Album Amicorum ſ. Philotheca Wolfgangi Khrenii. 1571. Conſpicitur manus Lutheri. Sequuntur litterae Melanchthonis et Paulli Eberi d. 19. Iul. 1551 ſcriptae. Adhaeret Catecheſis impreſſa Witebergae, 1571.

MANVSCRIPTA GERMANICA.

In Folio.

Patricii Reipublicae Norinberg. *das iſt, 83 uhralte Adeliche Geſchlächt daraus der Rath von 600 Iahren her erwählet, und noch das Regiment führen, zuſammgebracht und an den Tag gegeben.* Folior. 281 ſcripſit et delineauit Chriſtianus Ludouicus Kaulitz.

M. Iohann Schmieds auserwehlte Gottes-Schuel, — gegengeſetzt der barbariſchen Sattans-Schuel. Sunt Capita 41. Dat Auctor Ideam ordinandae Vniuerſitatis, opuſque dedicat Regi Daniae Chriſtiano V, Carolo XI, Ioh. Georgio II Elect.

Elect. et Duci Saxon. Carolo Friderico, Duci Wurtemberg. et Senatui Norimbergenſi.

Opuſcula uaria Latino-Germanica, concinnata ſtudio et opera Eliae Ehingeri, Auguſtani. folior. 80. Sunt XVIII Tractatus ſ. Collectanea uariarum quaeſtionum.

Lebenbuech wie es mit Leben und in dero Fällen in dieſen Oeſterreichiſchen Landen eines thails nach geſchriebenen Lebenrechten, anders thails nach leng hergebrachten gemainen Landtbrauch gehalten werden ſoll. 1588. Tituli 206.

Hie hebent ſich an alle ewangelia degelich durch das ganze iar. vnd ſtet auch darnach von den heiligen uſs der heiligen ſchrift genomen. Saec. XV. Ex Conuentu Monialium Ord. S. Dominici ad S. Catharinam. In Inuolucro legitur: *ſweſter Margaretha im Hoff.* In fol. min.

Myſtica.

Folium membranaceum cabbaliſticum, ſcriptum ab Exrabbino Ioh. Chriſtoph. Gottfried; cum eiuſdem tractatu Ratiſbonae 1721. 4 edito: *Ieſus, der wahre Meſſias.* Cum Praefatione Georgii Serpilii.

Georgii Angli Sallwigt Opus Mago-Cabaliſticum et theologicum, *vom Vrſprung und Erzeugung des Salzes.* Paginar. 381.

Das allergröſte Geheimnis von Gott, ſeinem Sohn, und von der Seele des Menſchen. Capitum LI.

Alia myſtica. *In forma octaua.*

Von der ewigen weiſsheit gemahelſchaft etc. Saec. XV.

Hie-

Hienach volgt ein buech, darinn etliche göttliche gehaimnuſen Chriſtlichs glaubens. rel. Sunt varia Münzerianorum fanaticorum, 1528, 1536 etc.

Variae Hiſtoriae biblicae. Litteris eleganter excifis a Paullo Samler. 1721.

In arcula lignea ſunt ſequentia.

Guſtaui Adolphi Regis Sueciae Litterae ſuecicae Gernshemio ſcriptae d. 4 Decembris 1631 ob generalem copiarum legatum Clandium Haſtver *), cum Regis ſubſcriptione, iſtoque Sigillo



Epiſtola Lutheri et Melanchthonis ad Senatum Norimbergenſem; data *Wittenberg, Freitags nach dem Oſtertag* Anno 1533. De abſolutione publica.

Phil.

*) A. 1634 d. 12 Sept. globo ſclopetario ex arce Reichenſchwand traiectus occubuit, ſepultus in choro templi Praedicatorum. Vid. mea Memorabilia Norimberg. pag. 52, 53.

Phil. Melanchthonis apocha ſ. ſchedula, qua teſtatur ſe accepiſſe 400 florenos nomine Vniuerſitatis Wittemberg. d. 4. Ian. 1554.

Steph. Buchneri epiſtola ad patrem Pariſiis ſcripta d. 2 Sept. 1572, in qua etiam de Laniena Pariſienſi mentio fit.

1. Schedula membranacea Saeculi XIV, aut XV. *) Inſcripta a manu recenti eſt: *Ptol. MS.* et *Rectificatio Organi Ptolemaei.* Laudata eſt iſta membranula a Sauberto in oratione II de hacce Bibliotheca, pag. 72. ob antiquitatem et tenuitatem. Minime uero a Ptolemaeo, uti ridicule credebatur, iſtae duae figurae geometricae delineatae fuere, nec etiam ſaeculo X, ut Raidelio uiſum. **) Cuiuis Palaeographiae graecae gnaro et in Codicibus graecis euoluendis uerſato patebit, eſſe iſtam Schedulam Saeculo XIV immo XV exaratam. Mihi uidetur eſſe e Pappi ***) fragmento Hypomnematis in Librum V magnae Com-

*) Vid. Tab. 4. ubi eam adcurate delineaui.

**) De Geographia Cl. Ptolemaei, pag. 23, 24.

***) Inſeruit illud Theon commentario ſuo in Ptolemaeum. Vid. ſupra pag. 48. Pappus Alexandrinus Philoſophus et inſignis Mathematicus aetate Theodoſii magni ſcripſit *Ὑπομνημα εις τα τεσσαρα βιβλια της Πτολεμαιου μεγαλης συνταξεως*, ſ. Commentarium in libros quatuor magnae ſyntaxeos Claudii Ptolemaei. Supereſt fragmentum in librum quintum magnae compoſitionis, quod Theon ſuo commentario in Ptolemaeum pag. 231 — 236 edit. Camerar. Baſil 1538 fol. inſeruit. Porro exſtant explicationes Pappi in Ariſtarchum Samium, de magnitudinibus et diſtantiis ſolis et lunae, editae a Feder. Commandino, Piſauri 1572; 4. graece e codice Henrici Sauilii, qui e Vaticano ſuum de-

Compoſitionis ſ. Almageſti Claudii Ptolemaei. Delineata eſt proportio ſemidiametrorum eccentrici et epicycli Lunae atque eccentricitatis ad ſemidiametrum terrae. Conſpiciuntur tales figurae in Ioh. Regiomontani et Georgii Purbachii epitome in Cl. Ptolemaei magnam compoſitionem, Baſil. 1543. fol. min; Lib. V, Propoſit. 17, pag. 97.

2. Epiſtola Georgii Spalatini ad Hectorem Poemerum, 1532. de quibuſdam abuſibus in ſua parochia.

3. Faſciculus Epiſtolarum Philippi Melanchthonis ad Paullum Eberum, et alios.

4. Faſciculus Epiſtolarum Iohannis Matheſii ad Wittenbergenſes Theologos 1649 ſeq.

5. Epiſtola ad Hect. Poemerum, Praepoſitum Laurentinum.

Epiſtola Caſp. Nützelii, 6. April. 1521.

Epiſtola Lazari Spengleri.

Epiſtola Caroloſtadii.

Fragmentum Epiſtolae Thomae Müntzeri.

— — — dum uerbum finierant, et qui fructum ſuum intelligentia reddiderint, manifeſtandi ſunt hominibus, et tribuendus panis et potus quod ii rerum poſſeſſorem habeant,

qui-

deſcripſerat. Edidit iterum Walliſius Oxonii, 1688. 8. Recuſa eſt haec editio graecolatina in Tomo III operum Iohannis Walliſii, Oxonii, 1699 fol. pag. 569. Συναγωγης uero ſiue Collectionis mathematicae Pappi itidem tantum fragmenta ad nos peruenerunt. Edita ſunt cum commentario Federici Commandini, Piſauri, 1602. fol. recuſa Bononiae, 1660. fol.

quibus intellectus teſtimoniorum dei largitus ſit, non mortuarum ex chartis. ſed uiuarum promiſſionum. Martinus noſter ignoranter agit Chariſſimus. quod paruulos non uelit oſtendere. Qui iam paruuli ſunt habent, Pueri centum annorum maledicti. immo anguſtia chriſto. Iam in foribus eſt cur eſſe expectandum cenſeris, ignorare *Lieben brüder Last ewer Harren es iſt zeit.* Nolite tardare eſtas eſt in ianua. Nolite Vobis reconciliare reprobos ipſi impediunt ne uirtute magna operetur uerbum. Nolite adulari principibus ueſtris. Videbitis alioqui ſubuerſionem ueſtram quod auertat benedictus deus. Si negaueritis purgatorium chriſtianum credatis Vos ignorantes in omnibus ſcripturis et ſtudiis ſpiritus. Sed quod papiſticum reſpuiſtis phantaſma, commendo. Nullus ingredi poteſt requiem, niſi adaperientur ei ſeptem gradus rationis. ſeptem ſpiritus. Abominandus uel abominabilis eſt error de purgatorio negando. Cauete. Si uolueritis mea omnia ſcripturis, ordine et experientia, apertoque dei uerbo roborabo. Jr zarten ſchrifftgelerten, ſeit nicht unwillig. ich kan es nicht anders machen. In chriſto Jeſu Valete. die 6 Annuntiationis

Nolite conſulere deum Accoron
Langinm Veſtrum eſt enim reprobus qui perſecutus eſt ſeruum domini ex ſuperbia ſua immortali.

Thomas Muntzer
nuntius Chriſti.

Vid. Tab. 5. Num. I.

Epiſt. Paulli Eberi ad Schelhammerum. 1563.

Chriſtoph. Pezelii ad D. Salom. Albertum 13 Oct. 1588.

Jacobi Meck ad Paull. Eberum 17 Iulii, 1564.

Barthol.

Barthol. Picae, Graecenſis ludi Rectoris, ad eumdem.

Ioh. Caſelii ad eumd. Idib. Decemb. 1561. Non exſtat inter editas a Dranſfeldio.

Bilibaldi Pirkheimeri Iudicium ad Petrum Moſellanum de Luthero et Eccio. Αυτογραφον. Ex arce Neopagenſi pridie Kal. Nouemb. Anno ſalutis M. D. XX. Iſtae litterae Pirckheimeri Reſponſoriae ſunt ad Petri Moſellani epiſtolam a. 1519 ſcriptam, quam exhibet Seckendorf in Hiſtoria Lutheraniſmi, repetitque von der Hardt in ſuo Proteo cum Phocis, Cetis etc. pag. 4 ſeq.

Eiuſd. Epiſtola ad Praelatum quemdam, litterarum Graecarum ſtudioſum. Legitur in Opp. Pirkheimeri, pag. 404.

6. Epiſtola Ioach. Camerarii ad Adrianum Albinum, Marchionis Iohannis Conſiliarium intimum. M. Sept.

Epiſtola Chriſtophori Scheurl ad Hectorem Poemerum d. 14 Ianuarii, 1521.

7. Ep. Seb. Heyden ad Hect. Poemer.

Ioh. Sturmii ad Ioach. Camerarium.

Sabini ad Adrianum Albinum.

8. Iuſtini Mülleri, et Georgiae Palmae ad Salom. Alberti. 1586.

Ioh. Cratonis ad Adr. Albinum. 1565.

9. Sam. Huberi epiſtola ad tres Diaconos Silbermannum, Ambergium atque Kaufmannum. 1593.

10. Nomina Plebanorum templi S. Laurentii.

Caritatis Pirckheimerae, Abbatiſſae Monialium S. Clarae, Litterae ad Hect. Poemerum.

Catharinae Abbatiſſae Monaſterii Gnadenbergenſis, epiſtola ad eumdem. 1522.

Fr. Siluerii. Prouincialis Capucinorum, Epiſtola ad Dom. Ioh. Adolphum Loeſch, Equitem Ord. Teutonici, et Commendatorem Domus Teuton. Norimb. d. 24 Iun. 1629.

Exemplum litterarum Papae (Hadriani VI) ad ſacrum Collegium Dom. Cardinalium, ac Senatum Populumque Romanum. Ex Victoria, 19 Febr. 1522.

11. Litterae commeatus turcicae.

12. a. *Epiſtola Conradi Celtis ad perill. Senatum Norimbergenſem.*

i h c † maria

Erbarn Weyſen furſichtigen Gunſtigen lieben Herren Mein dinſt vnd ſunder fleyſſig vngeſpart erbittiit ſein eur lib von mir Conrad Celtis Poeta altzeyt berayt: Als ich eurer ſtadt lob vnd preyſs vor etlich Jor verſchieden: in einem buchlein begriffen vnd beſchrieben noch lateiniſs Romiſs zungen art hab vnd daſ ſelbige eure libe vberantwort. Bit eur libe mir daſs ſelbige etliche zeyt wider zu leyhen vnd bey diſen Herrn Maiſter Andre ſtoberl alſo von des buchlinſ wegen an eur libe geſchickt mir daſs zu ſchicken: Angeſehen daſ ich noch etlich artikel und ſtuck dor an einzigen vnd beſſern wil: als ich dan unter diſser zeyt von etlichen eurer ſtadt vnd Regimentz libhaber bericht bin: Do mit ir mir ein bſunder lib vnd frundſchafft bewyſen vnd erzaygen werd: Do mit beuel ich mich eur libe vnd erbarkait in alle gebot vnd dinſt. Geben Ingolſtadt uſs der lob-

lich

lich Vniuerſitet Jm 1497 Jor am XI tag July Von mir obgenannt

Conrad Celtiſ Ordinarien vnd lectoris
deſs Studiumſ zu Jngolſtadt.

An die Aerbaren vnd Weyſen Herrn Burgermayſtern vnd elteren der loblich Stadt Norinberg meinen gunſtigen freuntlichen liben Herrn.

Manu Scribae f. Syndici Senatus ſcriptum legitur nomen **Conradus Zeltis.**

Hanc Epiſtolam donauit Bibliothecae Ioh. Mich. Dilherrus.

Celtes in praefatione quatuor libror. amorum, editorum Norimbergae. 1502. 4 ita ſcribit: *Cum* nuper *relaxandi animi gratia in vrbem ueſtram conceſſiſſem — — diui Maximiliani auſpiciis, de quo ut ille iam pridem animos noſtros multorumque felicitate bellorum et gloria ſuſtulerat: ita* nunc *piiſſimo patre Caeſare Friderico* ex humanis ſublato: ipſoque ad imperii habenas ſubfecto: *pias et iuſtas ſpes noſtras, quas concepimus, haud dubio dii patrii noſtraque Germana numina fruſtrari non permittent.* Ergo non exſiſtit editio Parmenſis libelli Conradi Celtis de origine, ſitu, moribus et inſtitutis Norimbergae, 1494, quam Ioh. Saubertus in Appendice Hiſt. Bibliothecae Reip. Norimb. pag 182 indicat, quia ipſe exemplum unicum ſua manu ſcriptum a Magiſtratu Norico A. 1497 repetiit.

b: *Epiſtolium Vlrici de Hutten ad Praepoſitum quemdam.*

S. Inferiorem profecto me eſſe noſco, mi ſpectatiſſime Domine Praepoſite, quam ut tuae dominationi in re tam

cunctabunda modum praeſcribam, uerum malo tuae dominationi in hoc morem gerendo, temeritatis notam incurrere, quam nihil reſpondendo obſequium debitum denegare. Accipe igitur, digniſſime Domine Praepoſite, quid ſentiam. Famae tuae iacturam nequaquam uereri potero, tum quod Jlluſtris illius Baronis praeſentia contubernium non poteſt non ſumme honeſtare, tum quod illud ipſum potius quam Elſulam ſecutus uideberis. quare quicquid in hac re feceris, feliciter cedat opto. Valeat Dominatio tua. Elſule tue in ſtillmeſſio memor VI Iulii.

T. D.

Vlricus

dedititiſſimus.

Vid. Tab. 5, Num. II, ſpecimen autographi.

Iacobus Burckhard in Vita Vlrichi de Hutten, P. II. Wolfenbütt. 1717. 8 pag. 214 hanc epiſtolam ſecum a Dom. Chriſtoph. Iac. Imhof communicatam inſeruit, putauitque ſcriptam eſſe 1521 ad Bartholomaeum Bernhardi, Cambergenſem praepoſitum, de quo Feuſtkingius A. 1703 Wittebergae eruditam edidit Diſſertationem. Is A. 1521 a Magdeburgenſi Epiſcopo Alberto in iudicium uocatus eſt, ut de matrimonio, quod omnium ſacerdotum Lutheranorum primus tunc inierat, cauſſam diceret. Vlricus de Hutten, Germanicae libertatis propugnator, mortuus eſt in domo Ioh. Schneckii, uerbi diuini miniſtri, d. 29 Aug. 1523 ſepultuſque in templo amoenae inſulae Augiae lacus Tigurini (*Aufnau*) quam Imp. Otto II A. 965 Monaſterio Eremitarum in Heluetiis (*Einſidlen*) donauit. Aliquanto poſt Nobilis Francus curauit, ut a Tigurinis profeſſoribus hocce epitaphium celebratiſſimo populari ſuo poſitum ſit:

Hic

Hic Eques auratus iacet, oratorque diſertus:
Huttenus uates carmine et enſe potens.

Iac. Burckhard de Vita Vlrichi de Hutten, P. I, p. 265. P. III, pag. 276. Hutteni opuſcula magnam ingenii libertatem et acrimoniam oſtendunt.

13. Epiſtolae uariorum ad Hectorem Poemerum.

14. Epiſtolium M. Illyrici, Tachae ſcriptum d. 12 Maii, 1555.

15. Iohannis Guilelmi Ducis Saxoniae, Epiſtola originalis ad Vniuerſitatem Ienenſem. Eyſſerſberg, d. 20 Nouemb. 1565.

Eiuſdem Ducis Litterae de Vocatione Magiſtri Iuſti Lipſii. Vinariae, d. 17 Oct. 1572.

Membrana elegantibus Ioh. Neudoerferi ſcribendi modis ornata. 1533.

Folium, in quo uerſus manu Iohannis Stigelii et Paulli Meliſſi leguntur.

* * *

Autographa Spengleriana germanica.

In 4. Pars Adiunctorum Parti ſecundae Vitae Spenglerianae Hausdorfii. Nürnberg, 1741. 8.

Omnia iam a. 1520 atque 1529 typis exſcripta ſunt.

In fol. Autographa Commercii litterarii germanici Lazari Spengleri.

N. 1. Theobaldi Billicani Controuerſia cum Lazaro Spenglero. 1527. Vid. Vrbani Gottlieb *Hausdorf Leben Laz. Spenglers*, pag. 247 ſeq.

 2. Hie-

2. Hieronymi Paumgaertneri epiſtolae ad Spenglerum. *Hausdorf.* pag. 71 ſeq.

3. Litterae Alberti Ducis Boruſſ. 1531.

4. Andreae Oſiandri Controuerſia cum Spenglero.

5. Sebaldi Heyden epiſtolae.

6. Laz. Spengleri ſcripta de Excommunicatione.

7. Epiſtolae eiuſdem ad duas Moniales.

Tractat warum Luthers Lehre not vnd nutzlich ſey?

8. De Comitiis Wormatienſibus.

9. Contra Sacramentarios.

10. Epiſtola ad Conradum Rehlingen Auguſtanum, *ob ein erwählter Regent bey den Schwärmern zu Rathe ſitzen möge?* 1531.

11. *Troſtſchrift an eine weltliche Obrigkeit, die von falſchen Zungen angereizet wird, vom Worte Gottes abzuweichen.* Impreſſa eſt a. 1530. 4.

12. Contra Papicolas, ex iure canonico.

13. Ad Leonhardum Tucherum: *Ob ſich die evangeliſchen Stände mit Gewalt dem Kaiſer widerſetzen dürfen.*

14. Bedencken über die Artikul, die man zu Augsburg übergeben ſoll. 1529.

15. Erſter Aufſatz ſeines Teſtaments und Glaubensbekenntniſſes. 1529.

16. Briefe an Veit Dietrich vom J. 1529 bis 1534.

17. Correſpondenz mit Hans Mawer, Rathſchreiber zu Memmingen. 1528.

Frag-

Fragment eines Bedenckens wegen der Ehe mit des verſtorbenen Weibes Schweſter.

18. Schreiben eines Doctors von dem kaiſerlichen Kammergerichte an E. E. Rath in Nürnberg.

* * *

Pugillares Iohannis Friderici, Electoris Saxoniae. In calce legitur: *Iohannis Ducis Saxoniae capti Electoris Patris manus e concionibus Lutheri.* Donauit Bibliothecae Dom. Georgius Sigiſmundus Führerus, 1672.

* *

Pugillares lignei cera nigra obliti.

Quinque tabellae in forma octaua, Saeculi XV. Erant monachorum Carthuſianorum. Grapheo uaria inſcripta ſunt. In prima tabula unius horum pugillarium adhuc legi poſſunt ſequentia: *Dy keymyn hat vns geben am heyltums tag zu gotes zell* — —

Decem tales tabellae in forma ſedecima.

Alii octo tales tabularum cereatarum libri Saec. XV et XVI. Reperti ſunt in ſcrinio Bibliothecae Ambulacri tertii.

Octo tabellae in 12. pnigitide inſcriptae. In prima legitur: *Das ander capitel der erſten epiſtel Jo.*

Libri impreſſi. In Folio.

Homeri Ilias et Odyſſea. Florent. 1488.

Romi-

Romiſche Hiſtorie vſs Tito Liuio gezogen. Maynz 1505. fol.

Ex uerſione Bernhardi Schoeferlin, V. I. D. cum multis figuris ligneis. *In membrana.*

Die Propheten alle Deudſch. D. Mart. Luth. Getruckt zu Wittemberg, Durch Hans Lufft. M. D. XLI. Foliorum 411. cum fig. lign. Continet iſtud Volumen etiam Nouum Teſtam. Donauit Bibliothecae Heinricus Müllegg. 1638.

Legitur manu Lutheri ſub initium:

Ioh. XI.

Ich bin die aufferſtehung vnd das Leben wer an mich glaubt der ſtirbt nimermehr Vnd ob er gleich ſtirbt ſol er doch leben.

Iſt das war.

So ſolt ein Chriſt den tod billich verachten oder zum wenigſten nicht ſo ſeer fürchten das er umb ſeinen willen Gott nicht verachtet.

Wer aber ſich für dem tod nicht fürchtet Vnd Gott auch nicht achtet, (*wie die rohe wellt thüt*) *dem iſt dis Buch Gottes nicht nütze.*

Mart LutheR. D.

1541.

Biblia, *d. i. die gantze heil. Schrifft, A. u. N. Teſtaments. Wittenberg,* 1660. fol. min. fig.

Donauit Bibliothecae A. 1715 Franciſcus Chriſtoph. Meyer, Archidiaconus Münchbergenſis, ob miram in incendio A. 1701 ibi exorto ſeruationem.

Hiſtoriae Sanctorum. Ruſſice. Cum figuris ligneis. fol.

Der

Der Stat Nurmberg verneute Reformation. 1564. *durch Valentin Geiſler.* Fuit Exemplar D. Georgii Richteri.

Epitome in Diuae Parthenices Mariae Hiſtoriam ab Alberto Durero Norico per figuras digeſtam cum uerſibus annexis Chelidonii. 1511.

2) Apocalipſis Cum Figuris. 1511. fol. mai.

Vetus Teſtamentum hebraicum, (*ſine punctis*) cum uariis Lectionibus. Edidit *Beniam. Kennicott.* Tomus I. Oxonii e typographeo Clarendoniano. 1776. Tom. II, ib. 1780. fol. max.

In Quarto.

Speculum conſcientie. et Nouiſſimorum. Impreſſum Spire per Conradum hiſt. Anno dñi M. CCCC. XLVI. (*erratum eſt typographi*) Laus Deo.

Partes orationis quot ſunt. Octo etc. (Donatus) In calce libri legitur:

Impreſſum p Fridericum Kreuſner.
In membrana; folior. 22.

Vorrede über das Alte Teſtament inſonderheit, Die fünf Bücher deſs Moſe. Das Buch Ioſua, der Richter, Ruth, I Sam. uſque ad Cap. 17. ſ. fol. 210. 1666. 4 mai.

Noua haec Verſio et Adnotationes ſunt a Iohanne Sauberto iun. iuſſu et auſpiciis Sereniſſimi Auguſti, Ducis Brunſuicenſis et Luneburgenſis adornatae, cum adhuc eſſet Profeſſor Linguarum orientalium in Academia Iulia; interueniente autem celſiſſimi Patroni ac Domini obitu, abruptum fuit opus, neque auctor illud ulterius perſecu-

tus

tus eſt, quam hic uides editum. Librum hunc a ſereniſſ. Principe Antonio Vlrico ſingulari ſibi gratia donatum, atque in nulla officina libraria parabilem Bibliothecae Norimb. publicae donauit Ioh. Fabricius, m. Octob. 1718.

In Octauo.

Enchiridion Der Kleine Catechiſmus. Für die gemeine Pfarherr vnd Prediger. D. Mart. Luther. Leipzig. M. D. XLIII. In membrana.

Biblia d. i. die gantze heil. Schrift. D. Mart. Luth. Wittemberg, 1588.

Breuiarium Slauicum. Impreſſit magiſter Andreas de thoreſanis de aſula die. 13. marcij. 1493. (Venetiis).

* * *

CODICES MANVSCRIPTI LATINI.

In ſecundo Ambulacro. *)

In Membrana.

In Folio.

Plerique ſequentium Codicum latinorum elegantibus litteris initialibus atque picturis miniatis auroque diſtinctis ſuperbiunt.

Codex Bibliorum. Saec. XIV. Centur. I, num. 5. Diuiſio:

Pri-

*) Commoditati perluſtrantium conſulturus, ſitum horum MSS, ſequor.

Primus *Ordo Vet. Teſtam.* Geneſis Heleadebaron Deut. Vagedo Arelmothnum, Elesmoth, Exodus, Vage q̄ Leuiticus. *Secundus Ordo.* Joſue, Yſaias, Jermias, XII. Prophe. Iudicum, Malackias, Samuel, Ezechi. *Tertius Ordo*, Esdras, Paralipominon, Heſter, Daniel, Cantica, Eccl'aſtes; Paraboſe, Pſalt'ium, Job.

Apc'fa uet'is Teſt. Paſtor, Baruch, Machabeorum, Tobias, Judith, Eccl'aſticus, Sapient.

Noui Teſtamenti libri ſic ordine recenſentur: Matheus, Epl'e canonice, Marcus, Actus Apoſtolorum, Lucas, Johannes, Apocalipſis. Epiſtole Pauli:

Sequitur Schema, quod aeri inciſum inſeruit Theoph. Sincerus (Schwindelius) *den neuen Nachrichten von lauter alten Büchern*, Frankf. und Leipz. 1748. 4. pag. 2. Iſtud Schema cum Diuiſione librorum Vet. et Noui Teſtamenti deſcriptum eſt e Codice uetuſto Chronologiae Vet. Teſt. quae incipit: *Linea Patrum uſque ad Chriſtum* ſeq. Non nullae etiam figurae adſunt. In diuerſis MSS. uetuſtis graecis atque latinis liber Numerorum Leuitico anteponitur, de quo ita Valeſius in Notis ad Hiſt. Eccleſ. Euſebii pag. 83: In noſtris Codicibus MSS. Mazarino, Mediceo, et Fuketiano, nec non apud Nicephorum, inuerſo ordine legitur ἀριθμοί, λευιτικόν. Atque ita Ruffinus in ſuis Exemplaribus ſcriptum inuenerat, ut ex uerſione eius apparet, *Moyſi Libri* quinque *Geneſ. Exod. Num. Leuit. Deuteron.* Sic enim legitur in uetuſtiſſimo Codice Pariſienſis Eccleſiae.

Alius Codex Bibliorum V. et N. T. in tres tomos diuiſus, forma regia. Saeculi XIV. Erat inter libros theo-

theologicos Cent. I, num. 3. 3. 3. Eleganter ac nitide ſcriptus eſt, annum uero nullum indicat. Vnicum ſaltem in fine ultimi Tomi annotatum legitur ſcriptoris pronomen his uerbis: *Qui me ſcribebat Hainricus nomen habet. Orate pro me Pater noſter.*

Codex Vet et Noui Teſt. in fol. magno. Inter Libros theolog. Centur. I, Num. 19. Quo anno et a quo ſcriptus ſit, non eſt indicatum. Videtur eſſe Saec. XIV. Conuenit cum ſequenti Codice MS. ſecundum Prologos Hieronymi, et ordinem. Prologus tamen in Epiſtolam Iudae deeſt penitus. Pſalterium non habet loco ſolito, ſed in fine adiectum. Diuiſum autem et hoc eſt. Pictas figuras in cuiuſuis libri principio non ubique habet, ſed aliquas tamen in medio, eaſque etiam egregie auro pictas. In N. Teſt. nulla adſunt Euangeliſtarum inſignia. Epiſtolarum ordo idem qui in ſequente Codice. Adeſt etiam ad calcem Index Nominum propriorum. Multi uerſus capitum omiſſi ſunt, uti adnotauit doctiſſ. Schwindelius *) In *Matthaei* capite V, u. 4 omiſſa uerba: *Beati, qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.* Cap. VI, u. 11 legitur: *panem noſtrum ſ'rſabbatalem ſub'alem da nobis hodie.* Cap. XVI, u. 19 habet Codex noſter: *Et quodcunque ligaueritis ſuper terram erit ligatum in coelis, et quodcunque ſoluetis ſuper terram, erit ſolutum in coelis.* Alian lectionem habet Vulgata Sixti V et Clementis VIII Pariſ. 1628. fol. Cap. XXIII deſunt commata 23 — 28. C. XXVII. 35 omiſſa ſunt:

*) *Theophili Sinceri Neue woechentliche Nachrichten* etc. pag. 199.

ſunt: *ut impleretur quod dictum per Prophetam dicentem: diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, et ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem.* In *Marci* Capite III comma 27 uſque ad 31 omiſſa, ut et Cap. IV, commata omnia poſt 25, et Cap. VII, u. 3. et u. 6 — 15. Sic deſunt Capitis VIII commata poſt 26. Omiſſi uerſus Capitis IX a u. 33. Cap. XIII, u. 13 — 30. In *Lucae* Euangelio Cap. III omiſſi uerſiculi 30 — 36. Genealogia Chriſti detruncata. *) In Capite V deeſt comma 10, et u. 27 cum ſequentibus. In Cap. VI omiſſi u. 14 — 17. etiam u. 41 ſeq. Cap. VIII, u. 19 — 22. et ſic permultis in locis conuenit iſte Codex cum Marcionis deprauationibus.

Lucae cap. IX, u. 28 ad 37 et iterum ad 57. XI, 29 uſque ad fin. XII, 40 ad fin. XIII, 28. XXVIII, 18, 35 et forſan alia plura. *Iohannis* Cap. V u. 30 ad fin. VI, 41 uſque ad u. 61. VII, 31 ad fin. XVIII, u. ultimus. In *Epiſtola ad Romanos* Cap. III, 25 ad fin. IV, 19. VII, 19. IX, 24. X, 19. XI, 1 — 13. XV, 15 — 30. *I ad Corinth.* VII, 34. XV, 32 — 51. Cap. ult. 12 ad 20. *II ad Corinth* VIII, 18 ad fin. X, 14 et 17. *ad Galatas* III, 15, 26. *ad Epheſ.* I, 19 fin. IV, 22 ad 32. *ad Philippenſes* Cap. II, u. 17 fin. *ad Coloſſenſes* I, 17 fin. II, 18 fin. *II ad Theſſalonicenſes* Cap II circa fin. incipit ſtatim cum Cap. III. Non habet autem plura quam uerſum primum, et deſinit cum his uerbis: *et malis homi-*

*) Sic Marcionitae deprauarunt textum ſacrum. Vid. Iac. Vſſerii Diſſ. de Cainane, in Syntagm. de Graeca LXX Interpr. Verſione Lond. 1655. 4.

hominibus. Reliqua deſunt omnia, et tum incipiunt demum a u. 17 *Salutatio, mea manu Paulli* etc. *I ad Timotheum* III, 14 ad fin. Cap. V finitur his uerbis: *O Timothee* depoſitum cuſtodi, qui eſt uerſus 20 et 21 Capitis VI. Reliqua omnia a principio Capitis VI uſque ad uerſum 20 deſunt. *ad Hebraeos*, Cap. II, 10, 18. III, 14 fin. VII, 18 fin. IX, 16 fin. X, 1 ad 19. Caput XII deeſt integrum ab initio ad finem. Dein ſequitur Caput XIII *Charitas fraternitatis* etc. In *Actis Apoſtolorum* Cap. V, 17 fin. VII, 17 ad 46. XIII, 34 ad 49. XIV, 7. XIX, 21, 23, 37 fin. XX, 27, 36. XXI. 2, 8, 29. XXIII, 20. *Iacobi* Cap. I, 14, 20. II, 22, 25. III, 11, 16. V, 1, 8. *I Petri* Cap I, 14, 25. II, 22, 25. III, 19, 22, IV, 14 fin. *II Petri* Cap. II, u. 14. 21. *I Iohannis* Cap. II, 22, 24. III, 20. IV, 3, 16 fin. In Capite V, u. 7. *Tres ſunt in coelis* etc. legitur; *Tres uero in terra* deſunt, ut et Apocal. Cap. II, 16 fin.

Codex Bibliorum A. 1410 in fol. mai. Centur. I, n. 24; ſcriptus per manum Benedicti Fil. Martini de Korczek, Feria V poſt Feſtum S. Thomae.

Habet omnes Hieronymi Prologos per totum V. et N. Teſtamentum, et inter eos Prologum in Epiſtolam *Iacobi*, qui alias in multis codicibus abeſt. Ordo Librorum (uti in praecedente Codice) ſequitur ſecundum conſuetudinem Vulgatae. Pſalterium Dauidis non ubique habet numeros Pſalmorum additos, et in ſeptem partes per tot figuras pictas diuiſum eſt. In fine legitur Pſalmus CLI, *) ſeu Pugna

*) Reperitur praeter LXX uerſionem etiam in Itala, Syra et Arab. Vid.

Pugna cum Goliatho, ex more ſeptuaginta Interpretum graecorum, hoc modo: *Puſillus eram inter fratres meos. Et adoleſcencior in domo patris mei. Paſcebam gregem oues patris mei. Manus meae fecerunt organum. Digiti mei aptauerunt Pſalterium. Et quis annunciauit Domino. Ipſe Dominus omnium ipſe exaudiet. Ipſe miſit angelum ſuum, et tulit me de ouibus Patris mei. Et unxit me in materia unctionis ſuae. Fratres mei boni et magni. Et non fuit beneplacitum in eius Domino. Exiui obuiam alienigenae. Et maledixit mihi in ſimulachris ſuis, ego autem euaginato ab eo gladio, amputaui caput eius, et abſtuli obprobrium de filiis Iſrael.*

Habet Codex in principio cuiuſlibet Libri eleganter pictas figuras per totum Vetus Teſtamentum. Nouum Teſtamentum incipit cum figura iuuenis egregiae formae habentis in manibus chartam cum inſcriptione nominis *Matheus.* Marcus uero figuram Leonis non habet, ſed litte-

Vid. M. *Paulli Chriſtiani Hilſcheri* Pſalmus CLI illuſtratus. Budiſſae 1716. 4. Hic Pſalmus apocryphus in editione Complutenſi haud exhibetur; in aliis autem antiquiſſimis τῶν LXX codicibus legitur, et allegatur in epiſtola *Mariae cuiuſdam ad Ignatium*, et a Chryſoſtomo homil. 17 ad pop. Antioch. Vid. Athanaſ. ſerm. ad Marcellin. T. I, pag. 748. et in Synopſi Scripturae T. II, pag 87 edit. Commelin. Nec Theodoretus, nec S. Auguſtinus de iſto Pſalmo mentionem fecere. Origenes non intulit Hexaplis. Eſt merus cento conſutus e phraſibus Pſalmorum, et eiuſdem ſurfuris uti *Pſalterium Salomonis* (uid. Fabricii Cod. Pſeudep. V. T). Patet e ſubſcriptione Verſionis Syriacae, ueteres duodecim alios Pſalmos Dauidis Pſalterio adiunxiſſe. Vid. amiciſſimi *Ioh. Gottfr. Eichhorn Einleitung ins Alte Teſtament*, P. III, pag. 562.

ram initialem magnam et pictam I. Lucas habet imaginem uiri ad pulpitum ſedentis et ſcribentis in librum, cum figura capitis uitulini. Iohannes itidem habet litteram initialem magnam pictam I. Aquila uero nulla adeſt *). Poſt IV. Euangeliſtas, ſequuntur Epiſtolae Paullinae omnes ſolito ordine, quarum ultima eſt Epiſtola ad Hebraeos. Hanc excipiunt Actus Apoſtolorum. Tum ſequuntur Epiſtolae Canonicae VII, quarum prima eſt Iacobi, ſecunda et tertia II Petri, quarta quinta et ſexta III Iohannis, et ultima Iudae. Apocalypſis in ultimum eſt reiecta locum. Habet et nouum Teſtamentum huius Codicis in principio cuiuſlibet libri uel epiſtolae certas figuras pictas. Diuiſus eſt per omnes V. et N. Teſtamenti libros in capita ſua. Verſus nullos habet additos, certas tamen interpunctiones. In principio Actorum Apoſtolorum reperitur Paullus ad dextram Petri eleganter pictus. Ad calcem eſt Index Nominum propriorum, uti in pleriſque Bibliis MSS. ſolet.

*

Alius Codex Biblicus duorum Voluminum habet Prologos Hieronymi, ordinem et reliqua in V. et N. T. Epiſtola ad Laodicenſes deeſt.

Alius in Scrinio minore falſo a Moniali Margareta Karthaeuſerin ſcriptus eſſe perhibetur. Nam fol. 82 legitur ita: *Haec Biblia finita eſt per Matthiam Licentiatum Artium Liberalium Studii Pragenſis. Anno Domini milleſimo qua-*

*) Vid. Iac. Thomaſii Inſignia quatuor Euangeliſtarum; Lipſiae 1667. Recuſa Ienae, 1672. 4.

quadringenteſimo XXXI currente. In die S. Othmari. A principio habet Carmen aliquod latinum in omnes Libros biblicos V. et N. Teſt. Pſalterium eſt poſt libros Maccabacorum. Pſalmus CLI non adeſt. In ordine conuenit cum praecedentibus Codicibus MSS. Habet Prologum Hieronymi in Epiſt. Iacobi, quae inter canonicas eſt omnium prima. I. Ioh. V, 7 locus eſt integer. *Theoph. Sinceri neue Nachrichten etc.* pag. 203, 204.

*

Alius Codex in forma octaua in ſcrinio minore in nullo paene differt a praecedentibus Codicibus. In principio haec leguntur uerba: *Sebaſtianus Hamaxurgus, Abbas apud Fontes ſalutares, Thomae Venatorio D. D. Ann. M. D. XLI. Thomas Venatorius Hieronymo Paumgartnero D. D. Anno M. D. XLVIII. Menſe Septembr.* Pſalmos habet poſt librum Iobi. Pſalmus CLI non eſt additus. Pſalmos excipit Apocalypſis. Sequuntur interpretationes nominum hebraeorum, ut et indiculus Euangeliorum et Epiſtolarum Dominicalium.

*

Codex Noui Teſtamenti, ſcriptus A. 1422 Norimbergae a Iohanne Vorſter, Notario Iudicii Imperialis. Fol. Centur. II, num. 35.

Hic Codex fuit quondam Carthuſianorum Noribergae uiuentium, ut ex titulo eius apparet, qui ita ſonat: *Carthuſica Muſa.* Fol. 85 in medio MS. haec denuo leguntur uerba: *Iſte liber eſt Carthuſienſium Nuremberge.* Ab initio le-

guntur uerſus 121, qui intitulantur: *Biblia pauperum.* Dein ſequitur *Regula Ritmica Monachorum et Preſbyterorum,* quam excipit *Regiſtrum in Nonum Teſtamentum ſecundum Capitulorum numerum et librorum ordinem.* Quarto: *Lectio Euangeliorum et Epiſtolarum Dominicalium.* Quinto: *Lectio ſecundum Conſuetudinem Carthuſinorum.* *) Euangelium Matthaei nullum plane habet inſigne. Marcus habet iuuenem ad pulpitum ſedentem cum leone alato, et poſt eum hanc inſcriptionem *Marcus interpres Matthaei in Euangelium.* Lucas habet effigiem inuenis etiam ad pulpitum in ſella ſedentis, cum boue alato ante ſe ſtante, cum hac inſcriptione: *Salutat Lucas.* Iohannes ſedet etiam ut iuuenis cum aquila alata, inſcriptionem autem hanc habet: *In principio erat uerbum.* Cuique trium Euangeliſtarum ſubſcriptum eſt nomen. Locus I Ioh. V hic ita legitur: *Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua et ſanguis. Et tres unum ſunt. Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in caelo, pater, uerbum et Sp. S. et hi tres unum ſunt.*

*

Codex ſplendidus quatuor Euangeliorum, litteris atque picturis deauratis ornatus. Saec. XIII. Alium antiquiorem Scrinii minoris in forma quarta ſupra recenſui pag. 65.

*

Euan-

*) *Theph. Sinceri neue Nachrichten* etc. Car. Chriſtianus Hirſchius quoque non nulla de germanicis Codicibus adnotauit in inchoatis additamentis ad Sauberti Hiſtor. Bibliothecae Reip. Norimb. quae inſeruit Dom. *B. F. Hummelius in der neuen Bibliothek von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern und kleinen Schriften; V Stück,* pag. 106 ſeq.

Euangeliſtarium latinum. Cent. III, n. 2. et Cent. IV, num. 38.

*

Euangelia gloſſata. Centur. II. n. 38 B. et C. Figurae Euangeliſtarum quatuor horum Codicum ſunt ſimiles. Locus I Ioh. V ita hic legitur: *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in coelo, Pater, uerbum et Spir. S. et hi tres unum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, et ſanguis;* uerbis *et unum ſunt* omiſſis.

In omnibus iſtis Codicibus dictum I Iohann. V legitur.

Marc. XIV, 9 ad fin. de reſurrectione Chriſti eiuſque apparitione; Luc. XXII, 43 ſeq. de Chriſto ab angelo in agone corroborato; Ioh. VII, 12 hiſtoria adulterae leguntur in noſtris Codd. quae in multis graecis latiniſque deſunt, et recte, uti dictum I Ioh. V, pro interpolatis habentur.

* * *

Chriſtiani Druthmari *) Expoſitio in Matthaeum, qua tranſſubſtantiatio aduerſatur. Centur. II, num 38. Codex A. 1471 (ut ad finem adnotatum eſt) exaratus fuit. Statim ab initio poſt Capitum LXXVII (in impreſſo libro Argent. 1514 fol. et Hagenoae 1530 per Ioh. Secerium. 8. ſunt LXVII) indicem ita legitur: *Iſte liber eſt monaſterii S. Egidii in Nurenberga ordinis S. Benedicti, Bamberg. Dioeceſis.*

*) Vixit circa A. 850. Erat Aquitanus, Monachus Corbeienſis, gr. et hebr. doctus, cognominatus *Grammaticus.*

Fur luat et pereat, uel eum qui tollere temptat. Loca de quibus controuertitur *), in noſtro MS. ſic leguntur, uti in impreſſis 1514 et 1530. Adiuncta in fine non nulla fabuloſa de Eutyche, quae deſunt in impreſſis: *Vnde conticeſcat Eutyches abbas et monachus — — Amen. Explicit gloſſa ſuper Matthaeum Dni Chriſtiani, abbatis Corbeyenſis anno dni milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, in die Sancti Nicomedis martyris Chriſti. Deo gratias.*

Decretum Gratiani. Saec. XIII. Cent. I. num. 1.

Alter Codex (Cent. I, num 34) eſt Saec. XIV, nitidiſſimisque picturis ſuperbit. Canon *Placuit* diſt. 16 in utroque MSS reperitur. Sed deeſt in ultimo Codice totus paragraphus *Iſidorus ſeruus Chriſti* etc. qui in priore integer legitur. Deeſt etiam Donatio Conſtantini M.

*

Nicolai Lyrae Poſtillae, ſ. Notae in Bibia S. 1321. Erant V Tomi, ſed tertius deeſt Pictae adſunt figurae, ſat pulchrae, ſed ineptae. Differunt etiam ab editione ap. Koburger. 1487 V Voluminibus in fol. impreſſa. Legitur in Tomo primo: *Hoc uolumen ſuper Pentateuchum comparatum eſt de pecuniis Bernhardi Kramer et Magdalene uxoris eius et ſuorum, pro anniuerſario perpetuo in conuentu Nürenbergenſi ordinis Praedicatorum celebrando.* Ad finem Tomi ſecundi ſequentia adſcripta ſunt:

Comparatus eſt hic liber de expenſis communibus Fratrum ordinis Praedicatorum in Nürnberg, pro communi utilitate eorundem

*) Vid. Caue T. I, Hiſt. litt. ſcriptor. Eccleſiaſt. pag. 371.

dem per manus Friderici Cratzer, Anno Domini M CCC XXI in feria VI proxima ante Feſtum beate Katherine uirginis et martyris. T. IV: *Hoc uolumen comparatum eſt de pecuniis Margarethe Falknerin, uirginis, pro anniuerſario perpetuo in conuentu Nurenbergenſi ordinis Predicatorum celebrando.* T. V: *Hoc uolumen comparatum eſt de pecuniis Conradi quondam Notarii in Winsheim pro anniuerſario perpetuo in conuentu Nurnbergenſi ordinis Predicatorum celebrando.*

*

Auguſtinus ſuper geneſin ad litteram.

Queſtiones ueteris et noui Teſtamenti.

De 83 quaeſtionibus.

Ad Dulcithium de 8 quaeſtionibus.

Incipit liber de correctionibus nouis ſuper biblia ad ſciendum, quae ſit uerior et communior littera Reuerendiſſimi patris et domini D. Hugonis, ſacrae Rom. eccl. preſbyteri cardinalis, ſacrae theologiae profeſſoris et de ordine praedicatorum. foliis 32½ cum correctionibus in margine *).

Hugo de S. Caro mortuus eſt a. 1260.

Correctiones biblie Pariſienſes, ſeu potius Epitome, e maiori Correctorio Pariſienſi. foliis 20. Vid. *Litterariſches Muſeum,* (Altdorf, 1777. 8.) I Band, pag. 13, 177, 197, et 344 ſeq.

*

P 5 *Epi-*

*) Talis liber MS. etiam eſt in Biblioth. Vniuerſitatis Lipſienſis foliis 18 membranaceis. Vid. Act. Erud. Lipſ. 1690. pag. 95.

Epiſtolarum S. Ignatii uerſio antiqua. Saec. XV. in fol. min. Cent. III, n. 4. In Epiſt. V. ad Philadelphienſes eſt locus de coniugio Paulli et aliorum Apoſtolorum *). *Memor ſum ſanctitatis ueſtrae, ſicut beliae, ſicut bieſu naue. ſicut melchiſedech, ſicut beliſei, ſicut Ieremiae, ſicut Iohannis baptiſtae. ſicut dilectiſſimi diſcipuli, ſicut Timothei, ſicut Titi, ſicut Euodii, ſicut Clementis. Vel eorum, qui in caſtitate de uita exierunt. Non detrabo autem ceteris beatis, qui nuptiis copulati ſunt, quorum nunc memini. Opto enim Deo dignus et ueſtigia eorum in regno ipſius inueniri, ſicut Abraham et Iſaac et Iacob et Ioſeph et Yſaias, et ceteri prophetae, ſicut Petrus et Paulus* **), *et reliqui Apoſtoli, qui nuptiis fuerunt ſociati, qui non libidinis gratia, ſed poſteritatis ſubrogantae gratia coniuges babuerunt.*

Ad marginem horum uerborum repetita ſunt nomina praedicta.

Textus graecus Pariſiis prodiit 1518. 8. atque Dilingae 1557 in forma quarta, curante Valentino Paceo. ***)

Errat

*) Ioh Andr. Schmidii diſſ. de Apoſtolis uxoratis. Helmſt. 1704. 4. Vitemb. 1734. 4. Chriſtiani Gottlieb Koch de Apoſtoli Paulli coniugio, Scripturae dictis Patrumque teſtimoniis demonſtrato, Flensburgi, 1707. 8.

**) Ita etiam putauit Clemens Alexandrinus, Stromat. L. III.

***) Inter libros Solgerianos ſequentes ſunt editiones:

SS. Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, opera edita, et inedita, uera et ſuppoſititia etc. Lut. Pariſ. 1672. gr. et lat. fol. Catal. B. Solg I, n. 534.

Noua editio. Antuerpiae, 1698. fol. n. 535.

Ignatii Epiſtolae genuinae; cum notis Iſaaci Voſſii. Amſt. 1646. 4. T. II, n. 1846.

Ignatii

Errat Wagenſeilius in commentatione de Ciuit. Norimb. pag. 78 quando ſcribit non reperiri exemplar M. S. Epiſtolarum Ignatii in iſta Bibliotheca.

Praemiſſa eſt praefatio Iacobi Fabri Stapulenſis. Epiſtolae ipſae haud integrae ſunt, quia manus furtiua finem undecimae epiſtolae cum Polycarpiana excidit. Scimus, ſeptem genuinas S. Ignatii epiſtolas multis interpolationibus eſſe commaculatas, reliquas autem omnes ſpurias, de quibus nemo dixit ante ſaeculum ſextum. Vid. Iohannes Dallaeus, de ſcriptis, quae ſub Dionyſii Areopagitae et Ignatii nominibus circumferuntur. Geneuae, 1666. 4.

Adiuncta ſunt:

Opera Dionyſii Areopagitae. Praemiſſae ſunt praefationes Ambroſii Camaldulenſis, (uixit A. 1437) et Iacobi Fabri Stapulenſis, (*Jacques le Fevre d'Eſtaples*) († 1537) quae etiam leguntur in editione Argentoratenſi 1502. Codex noſter omnes habet figuras, omiſſas in editione Pariſina 1634. Sed adſunt in Veneta 1503.

*

Alius Codex, Saec. XIII immo XIV ex antiquiore deſcriptus. Centur. II, n. 93. habet ab initio aliqua diſticha u. c.

Hanc libam ſacro Graecorum nectare fartam,
Aduenà ſpondo meo Karolo etc.

Sequi-

Ignatii Epiſtolae ſeptem genuinae, quas collegit S. Polycarpus, Oxonii, 1708. 8. Bis, T. II, num. 1887. et T. III, n. 1920.

Sequitur longa dedicatio: *Glorioſiſſimo Catbolicorum Regi Karolo, Iobannes, extremus Sophye ſtudentium ſalutem.* Hanc excipit opus Dionyſii, titulo litteris rubris ſcripto:

Incipiunt libri Sancti Dionyſii ariopagite, quos Iobannes Ierugena tranſtulit de graeco in latinum, iubente ac poſtulante rege Karolo, Ludouici imperatoris filio. Sequitur index caeleſtis tetrarchiae, multum ab indice praecedentis codicis diuerſus ratione uerborum. Deeſt etiam ſpuria epiſtola ad Apollophanem.

*

Lactantius de uera et falſa religione, Libri ſeptem. Cent. II, num. 67.

Scriptus eſt Codex iſte a. 1447 et in capita diuiſus, qua diuiſione caret Codex ſupra pag. 69 deſcriptus. Adlocutiones ad Conſtantinum Imp. in libro I et ſeq. omiſſae ſunt. Legitur tantummodo in libro V: *Non eſt apud me dubium Conſtantine Imperator* rel. Vide, quae adnotaui ſupra l. c. Permultae notae marginales adſunt ualde iniuriae in Lactantium. In fine leguntur hi uerſus aſinini:

Hic collige roſas, ſed ſpinas cautiſſime linque,
Probus in multis, ſed fidem nimis offendit.
Mentitur quam multum, non miſſus dicere finem,
Lactat ubi bene, ubi male, fidem occidit.

Recte quidam e regione adſcripſit:

Plures docti uiri, qui librum illum conſpexere, non ſatis mirari queunt hominem iſtum fanaticum, qui ad marginem commentari auſus eſt, neque ſuam uerens inſipientiam, neque huius praeclari auctoris intelligens ſenſus nec pondus rerum.

In

In editionibus Lactantii romanis 1465, 1470 et 1474, etiam in ueneta 1471 et in Roſtochienſi 1476 fol. leguntur *errata Fr. Antonii Raudenſis;* iſtum uero homunculum Fr. Adamus Genuenſis ſequentibus hexametris bene depexum dedit:

Hic male corripuit ſtolidis Antonius auſis
Auctorem: in uariis cauſſa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis aſtrum
Dicere, vel nitidum luce carere iubar.
Denique cum ſanctae eccleſiae pia lumina conſtet
Obſequio ex tanto conticuiſſe uiro,
Tu uero eloquio lingua interdicta latino
I cubitum: nam te penſitat helleborum.

Sandius in Hiſt. Eccl. pag. 46 de Lactantio monet, uocem Ariani L. IV, cap. ult. perperam in textum irrepſiſſe: at uero in utroque noſtro Codice MS. expreſſe uocabulum hoc legitur. Idem Sandius porro queritur, Arianos accuſari, ac ſi locum L. IV, c. 22 corrupiſſent, et petit, ut Cod. MSS. cum editis libris conferantur, quod etiam fecit p. m. Dom. Carolus Chriſtianus Hirſchius, nihil autem immutatum prorſus in illis reperit.

*

S. Hieronymi liber illuſtrium uirorum. Centur. III, num. 2. Legitur

Cap. I, pro	catholicae	*canonicae*
	unus actor. eius,	*unus itinerarii eius,*
	reputantur,	*repudiantur.*
	iuxta uiam triumphalem,	*arcum triumphalem.*

Cap.

Cap. II, pro de ſeptem catholicis, *de ſeptem canonicis.*
rudia ueſtimenta, *uda ueſtimenta.*
a mortuis, *a dormientibus.*
Cap. III, pro qui in Boerea urbe, *qui in Hebraea urbe,*
et ſic porro. Ioſephus ſemper nominatur filius Matthiae pro *Mathatiae*, quem errorem iam notauit Valeſius. Conferri meretur iſte Codex cum editione Baſilienſi A. 1529. 4.

Alter Codex (Cent. I, n. 71) nec minus uulgaris eſt. In utroque deſunt Capita de Andrea, Iacobo maiore, Philippo, ſeq. uti in aliis bonae notae Codicibus.

*

Iſidorus Hiſpalenſis. Centur. I, num. 97.

*

Codex MS. Hiſtoriae Sacrae et Profanae. Centur. III, num. 27.

Roederus pro Epitome Libri Schedeliani Chronicorum habuit; ſed minime congruit, finitque in anno 1485. Prior Monaſterii Praedicatorum, Petrus de Kirchſchlag, A. 1473 parietibus Xyſti inſcribi, et hic iterum exarari curauit; nam in ultimo folio ſequentia leguntur:

Anno Dñi 1473 haec Chronica per circuitum clauſtri Fratrum Praedicatorum ordinata eſt per uenerabilem Patrem Petrum de Kirchſchlag, qui fuit Prior domus iſtius et Praedicator ſolertiſſimus, et pictura de expenſis fautorum dicti conuentus ſoluta eſt. Sed ſcriptura pro Fratrum diligentia huius conuentus eſt exarata et completa pro informatione ſtudioſorum.

Legitur

Legitur etiam in hoc MS. fabula de Iohannna Papiſſa *), (quam in xyſto non ſcriptam fuiſſe arbitror) ita:

Ille Iohannes dicitur fuiſſe femina, in puellae aetate a quodam ſuo amaſio in habitu uirili Athenas ducta, uerum in diuerſis ſcientiis adeo profecit, ut ſibi par non inueniretur. Poſt Romam ueniens, cum ſcientia morumque diſciplina uniuerſos percelleret, in Papam eligitur, dein per amaſium ſuum impraegnata ignaraque diei partus, dum de S. Petro in Lateranum tenderet, inter Coliſeum et Eccleſiam S. Clementis peperit, obiitque in partu. Propter eandem cauſam papa uiam illam obliquare creditur, non

*) Reperitur in VIII aliis Bibliothecae huius Codicibus:

1. In Chronologia Pontificum. A. 1343. Cent. IV, n 30.

2. in Chronico germanico A. 1481. Centur. IV, num. 2.

3. In Werneri Roleſincii faſciculo temporum, a. 1464. Cent. III, n. 27. Miſcell.

4. In Anonymi Chronico. Cent. III. n. 29.

5. In Hartmanni Schedel Chronico autographo latino. 1493. Cent. II. n. 1.

6. In eodem Germanice Cent. II, n. 2.

7. In Boccaccio de elaris feminis. Cent. I, n 71.

8. In Indice in Platinam. Cent. IV, n. 2. Reperitur etiam in primis Platinae editionibus, Colon. 1479. Nrimb. 1481 et Venet. 1511. fol. (Bibl. Solger. T. I. n. 689, 690. 691) et in Faſciculo temporum, Colon. 1474. fol. (Catal. libror obſolet Cent. III, n. 76.) ubi rubris litteris ita legitur: *Impreſſa eſt haec Cronica, quae dicitur faſciculus temporum Col. Agripp. ſicut ab auctore ſuo, quodam deuoto Carthuſienſe, Coloniae edita eſt, ac ſecundum primum exemplar, quod ipſe uenerabilis auctor propriis conſcripſit manibus, ad finem uſque deducta per me Iohannem Arnoldum Therhuernenſem, ſub annis Domini M CCCC LXXIV, de quo ſit Deus benedictus in ſaecula Amen.*

non tranſeundo per eam. *) In margine adnotatum eſt: *Iohannes Anglicus ſedebat annos 2, menſes 5.*

De morte Henrici VII Imp. ita narratur: *Hunc ferunt plures chronicae ueneno, miſſo in calicem abluitionis per fratrem quendam de Ordine Praedicatorum poſt communionem euchariſtiae extinctum, qui frater ſe de huiuſmodi infamia coram ſummo Pontifice legitime purgauit, obtentis ſuper huiuſmodi purgatione literis apoſtolicis. Teſte denique Hermanno in Chronica ſua, a Medicis compertum eſt, eum non ueneno, ſed naturali morte defunctum.*

*

Gregorii M. Epiſtolae. fol. Saec. XIII. Cent. II, n. 92. C. Valde diſcrepant ab impreſſis. Integrae Epiſtolae deficiunt, u. c. L. II, Ep. 20 Ep 59 Gratioſo Epiſcopo Nument. Poſtquam hoſtilis impietas. Ep. 42. Exſpectabamus. Lib. III, Ep. 33 Theodolindae: Quorumdam ad hos. L. IV, Ep. 20. Iohanni Epiſc. Squilatino. Otium Ioh. Antiſtitis etc Deſunt quoque Priuilegium Conuentus S. Medardi, Quaeſtiones Auguſt. Archiepiſc. Cantuar. Epiſtola ad Felicem, et alia plura. Ordo Epiſtolarum ualde eſt turbatus. L. VII incipiunt Epiſtolae Indictionis nonae; ſed in impreſſis (Gregorii M. Opera. Pariſ. 1705. fol. 4 Vol. Bibl. Solg. I, n. 580.) ſunt Indict. primae, et diſcrepant. Habet Codex magnum Indicem Epiſtolarum.

*

Euſe-

*) Iiſdem fere uerbis iſta ridicula fabula legitur in Codice MS. Num. 204. CVI Bibliothecae Ambroſianae Mediolani. *De la Lande* Voyage en Italie, fait dans les Années 1765 et 1766, à Yverdon, 1769, Tome I, pag. 251.

Euſebii Hiſtoria eccleſiaſtica. Codices tres. Cent. I, n. 39. Cent. II, n. 36. A et C. In omnibus Hieronymi adiuratio atramento rubro ſcripta eſt. *Incipit adiuratio Ieronymi Preſbyteri. Adiuro te, qui hos deſcripſeris libros, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, et glorioſum eius aduentum, in quo uenturus eſt iudicare uiuos et mortuos, ut conferas, quae deſcripſeris, diligenter, et hoc adiurationis genus ſimiliter tranſcribas, et conferas in eum ordinem, quem tranſcripſeris. Ieronymus dicit.* De martyribus Palaeſtinae narratio in nullo trium horum Codicum reperitur. Conficta inepta *epiſtola Abgari ſ. Abagari Regis ſ. Toparchae Edeſſenorum, ad Ieſum* etiam in tribus hiſce Codicibus legitur.

*

Hegeſippus. Cent. I, num. 39. Eius ανακεφαλαιωσις in hoc Codice non exſtat. Codex noſter Gronouii Lectiones, ex antiquis membranis productas, corroborat.

*

Manuſcripta Ioh. Nider *) *Ord. Praed.* († 1438) a monachis Carthuſienſibus circa A. 1470 exarata adſunt ſequentia:

1. *Commentarii in librum I et II Sententiarum.*
2. *Sermones de tempore.*
3. *Sermones de Sanctis.*

4. *Quadra-*

*) Vid. Dom. Willii *Nürnbergiſches Gelehrten Lexicon*, 3 Th. p. 36 et Ioh. Alb. Fabricii Biblioth. mediae et infimae Latinitatis, T. IV, p. 313. ſeq. Ambroſii de Altamura Biblioth. Praedicator. p. 170.

4. *Quadrageſimale de Euangeliis et Epiſtolis.*

5. *Paſſio Chriſti.*

6. *Praeceptorium diuinae legis.* Impreſſum eſt Argentorati, 1476 et Norimb. 1496 in 4. Recenſuit Gudenus in Syll. I uarior. diplom. pag. 418.

7. *Quaedam in librum IV Sententiarum.*

8. *De uigore conſuetudinis.*

9. *De perfecta paupertate ſaecularium.*

10. *De Saecularium religionibus.*

11. *De uera et falſa nobilitate.*

12. *De abſtinentia eſus carnium.*

13. *De reformatione coenobitici ſtatus.*

*

Godofredi Viterbienſis Pantheon, nitide ſcriptum. Adeſt Catalogus omnium Pontificum Romanorum et Imperatorum.

*

Aeneae Syluii Epiſtolae. Codex iſte parui eſt momenti, nec dimidiam partem epiſtolarum editarum habet. Ipſae, quae adſunt, epiſtolae uario modo diſiectae ſunt.

*

Mamotrecti Dictionarium Vocabulorum biblicorum. Vid. Mart. Georgii Chriſtgau diſſ. de Mamotrecto. Francof. ad Viadrum, 1740. 4.

*

Summa

Summa Piſana. Codex nitide ſcriptus, et correctus. Hanc ſummam comparauit Nicolaus Schreiber pro anniuerſario perpetuo in conuentu Nurenbergenſi Ordinis Predicatorum celebrando. In calce leguntur ſequentia: *Conſummatum fuit hoc opus per fratrem Bartholomeum de Sancto Concordio,* *) *ordinis fratrum Predicatorum in ciuitate Piſana. Anno Domini 1338 menſe Decembris, tempore Sanctiſſimi Patris Domini Benedicti Pape XII. Obiit autem compilator huius libri memoratus Anno Dñi 1345 d. 2 Iulii, cuius anima requieſcat in pace. Amen.* Haec Summa appellatur etiam *Piſanella* ſ. *Magiſtruccia*, et *Bartholina.*

*

Liber geſtorum Barlaami et Joſaphat Sanctorum Dei, graeco ſermone editus a Iohanne Damaſceno uiro ſancto et erudito.

Congruat MS. in plurimis cum editione Baſileenſi 1559. Sed ualde diſcrepat a Pariſina, quam Iacobus Billius A. 1577 edidit. Vid. Caue, p. 340. Aliter legitur haecce hiſtoria ficta a quodam Graeculo credulo in Libro XVI Speculi hiſtorialis Vincentii Bellouacenſis.

*

Hieronymianus. Centur. II, num. 36. Auctor eſt celebris iureconſultus Iohannes Andreae, mortuus A. 1348, qui a matris et filiae nomine, Commentarium ſuum in Decretales et Sextum, inſcripſit *Nouellae.*

Incipit Jeronimianus per Dn. Iohannem Andree, Doctorem Decretorum egregium compoſitus, bonus et predicare uolentibus

Q 2 *ſanus*

*) ſ. a Sancta Concordia. Alii annum obitus ponunt 1347. Vid. Echardus de Scriptoribus Ord. Praed. fol, 623, 624.

ſanus quem ut infra incipiamus. Haec ſcripta ſunt atramento rubro. Deinde ipſe Prologus ſic incipit: *Hoc opus per Iohannem Andree urgente deuocione compoſitus in tres partes diuiditur, teſtante Jeronimo ſuper Ezech. libro nono in principio.* Dein uero quaelibet pars ſeorſim nomine huius D. *Andree* eſt ſingulis notata paginis.

In Codice Cent. II, num. 80 C titulus legitur: *Miracula Johannis Andree de ſancto Jeronimo;* ad finem uero:

Jeronimi Sancti nondum uulgata latinis,
Hec ſuus Andreades deſcripſit mira Johannes.

Expliciunt miracula de Sancto Jeronimo. Per fratrem Eraſmum. Eadem miracula in noſtro *Hieronymiano* etiam deſcripta leguntur. In alio Codice Cent. II, num. 80 A denuo haec miracula deſcripta reperiuntur, et Iohanni Andreae tribuuntur, additis etiam ſuperius iam adductis uerſibus. *)

*

Incipit Liber de geſtis et miraculis beati Henrici Imperatoris et Confeſſoris. Cent. II, num. 42.

Habet prolixam Praefationem, ſex foliis, ac omnium rerum geſtarum compendium, quod Gretſerus in *Diuis Bambergenſibus* **) non exhibuit. Poſt hanc Praefationem repetitur titulus. Diuiſum dein eſt opuſculum in certa capita, nullis tamen numeris additis. Caput uero,

*) Vid. *Theoph Sinceri neue Nachrichten* etc. pag. 274.

**) Aug. Vindel. 1611. 4. Inſerti etiam Tomo primo Scriptor. rer. Bamberg. I. P. Ludevvigii.

ro, quod his uerbis incipit: *Denique epiſcopatum* etc. ac in ordine eſt ſextum, deſinit cum uoce *Georgio.* Reliqua uerba, quae apud Gretſerum leguntur, in MS. hoc ſingula deſunt. Addita tamen ab alia et ſubtiliore manu ad oram eius inferiorem leguntur. Sequentia Gretſeri capita a capite 8 uſque ad 20 cum omnibus ab eo appoſitis diplomatibus abſunt. Textus uero rurſus incipit cum uerbis: *Quanta eius.* Confirmatio uero Eccleſiae Bambergenſis Priuilegiorum et Litterae Benedicti VIII Papae abſunt. Inde incipiunt *Miracula Heinrici,* longe plura tamen, quam apud Gretſerum. In texto ipſo diuerſae lectiones reperiuntur plurimae, et aliquando non penitus contemnendae. In calce leguntur iſta: *Explicit hoc opus* 1441 *die XXIII Iulii Fr. Iohannes Roſenbach ord. Praedicatorum conuentus Nurenbergenſis ipſum ingroſſando, rubricis ſignando, hanc tabulam ſcribendo colligendo &* m'ltum *laborauit et anno etc. quibus ſupra compleuit. Orate pro eo.* Poſt uitam Henrici, ſequitur *Vita Kunigundae.* Et haec quoque in permultis ab editione Gretſeri ſummopere differt.

Alter Codex MS. Cent. II, num. 37. D. totam quoque hanc de Henrico et Kunigunda recenſet uel hiſtoriam, uel fabulam. Titulus eius talis eſt: *Incipit Liber primus de uita et geſtis Sancti Henrici Imperatoris.* Hoc MS. cum Codice Rebdorfenſis Monaſterii, ad cuius exemplar MS. Gretſerus Diuos ſuos Bambergenſes edidit, maximam partem in Henrico conuenit; in Kunigunda autem, ratione editorum ab ea miraculorum, permultum differt. Hoc tamen habet hic Codex Norimb. peculiare, quod *Canonizatio S. Kunigundae* in MS. adſit integra. Ad finem eius

legitur de S. Kunigunda *abbreuiata Legenda*, cum imagine eius. Notandum praeterea, omnes lacunas, quas Gretſerus in Diuis ſuis Bambergenſibus, ex adhibitis ſuis Codd. reſtituere non poterat, ex Cod. Norimb. feliciter reſtitui poſſe. Nam Cap. XVIII poſt *officio carebat* legitur: *et matricis uicio contra omnem ſpem ſalutis torquebatur.* In §. *Puella ſciatica* additur: *de Sezzalach.* In §. *Hoc etiam operae pretium* legitur: *adiicere.* In eodem, poſt *ruſticus* additur *cancrinum uulnus.* In §. *De Mi* — — exprimitur nomen loci, et legitur *de Miſchendorf puer contractus.* In § *Mulier coeca* additur: *alia quaedam de Dicbowe.* In §. *De Bodenſtein,* addit Codex: *mulier inſenſata et tremulum caput agitans.* Longe melior et perfectior ergo is ipſe Codice Rebdorfenſi eſt, et ſuperat etiam multis ipſum Codicem Bambergenſem.

A Capite 41 edit. Gretſerianae omnia inſimul, uſque ad Cap. 54 incluſiue, in hoc MS. Norimb abſunt. Vnum tamen, et quod prae caeteris ſingulare eſt, de S. Henrico reperitur miraculum, peculiari pagellae adſcriptum, cuius initium eſt: *Si quis uero ſcire deſiderat, quare glorioſus Imperator claudicauerit* etc. Adnotata Gretſeriana cum hoc Codice MS. in plurimis conueniunt, u. g. In Cap. II omnia deſiderantur uſque ad uerba: *In faſciis itaque conſtituta.* Cap. VII. Epiſtola S. Kunigundis, quae in eodem Rebdorfenſi Codice aberat, in Codice noſtro adeſt. Cap. IX uerba *ubi uelata eſt*, omiſſa ſunt, ſicut in Apographo Bambergenſi Cap. XVII ſingula, et eo quidem modo, prout Gretſerus e Codice Bambergenſi reſtituit, enarrantur Cap. XVIII integer paragraphus, a Gretſero ex Apographo Bamber-

bergenſi in notis additus, ſine ulla fere mutatione legitur. Dein omnia, quae Cap. XIX in eodem Rebdorfenſi abſunt, ac ex apographo Bambergenſi reſtituta ſunt, per aliquot pagellas, in Codice Norimbergenſi ſunt addita. Superat autem is ipſe et prolixitate, et rerum geſtarum et miraculorum copia Rebdorfenſem Codicem atque Apographum Bambergenſe ſimul. Sequuntur enim nunc in ordine quatuor integrae adhuc paginae, miraculis, uel potius ſomniis, repletae, de quibus Gretſerus ne gry quidem uel in notis ſuis, uel in ipſo textu obſeruauit, et quae deſcribere taedioſiſſimum immo inutiliſſimum eſſet negotium. Ego ſane libentiſſime omnes tales alioſque noſtros Codices darem pro unico integro Ariſtophane, aut Theophraſto, Strabone, Ptolemaeo, Liuio, aut Tacito.

* *

Iacobi de Voragine hiſtoria Lombardica.

Cent. II, num. 14. Codex mancus. Nam Tomus I deſinit in Sancta Praxede. Tomus ſecundus aut numquam exaratus, aut a manibus furtiuis ablatus fuit. Impreſſere hancce Hiſt. Lombard. Norimbergae a. 1476 Ioh. Senſenſchmid et Andreas Friſner. fol. (inter libros Norimb. impreſſos Saec. XV num. 12). Alius Codex ſub tit. *Hiſtoria Lombardica* (Cent. II, num. 42) alios habet Sanctos. Adeſt etiam inter libros impreſſos. Catal. Cent. VI, n. 42.

* *

Vita paſſiones, exercitia. miracula. et reuelationes deuoti fratris Heinrici Sews ord. predic. de conuentu Conſtantienſi, qui et Horologium Sapientie *et* Curſum de eterna Sapien-

tia *compilauit. Iſta habentur in parua libraria in libro X, 16, qui in medio in latino. Hic deuotus Frater obiit Anno Domini M. CCC. LXVI. menſis Ianuarii die XXV. Sepultus in Conuentu Vlmenſi. Laus Deo.*

In calce libri: *Explicit libellus qui intitulatur* Horologium Sapientiae: *Scriptus ex commiſſione honorabilis Viri Magiſtri Iohannis de magno monte, Apotbecarii iurati Nurenberg, per Georgium Malach commorantem ibidem. Et finitus eſt Anno Domini* 1428 *die quinta decima menſis Maii.*

Henricus Sews ab aliis *Suſo* appellatur. Omiſit illum amicus noſter Dom. Ier. Nic. Eyring, in utiliſſima ſua Synopſi Hiſtariae litterariae. Saubertus duplicem errorem commiſit in oratione poſteriori de rarioribus huius Bibliothecae, pag. 91. Appellat enim Iohannem a Seus qui Henricus eſt, dicitque Horologium Sapientiae non dum typo cuſum, quod tamen Norimbergae, 1479. 4. (recuſum ibid. 1724. 8) atque Venetiis 1492 et 1539 editum fuit.

* *

Diſputatio facta inter Ignetum Contardum, mercatorem Iauuenſem, et quoſdam ſapientiſſimos Iudaeos et doctores in Synagogis Iudaeorum, quae fuit facta Majoricae anno dni M° CCC° LXXXVI. Et incepta fuit in feſto Apoſtolorum Philippi et Iacobi, uidelicet prima die Maii. in fol. min. Foliorum 17. Vid. I. A. Fabricii Biblioth. med. et infimae Latinitatis, T. I, pag. 1195. Typis mandata eſt haec Diſputatio in Franc. Carboni, ciuis Veneti, *Flagello Hebraeorum*, Venetiis, 1672. 12. recuſa italice ſub tit. *Piaghe dell' Hebraiſmo*, ibid.

ibid. 1674. 8. Italica haec commentatio a latina prorſus eſt diſtincta.

Huic diſputationi ad finem additum eſt aliud Colloquium alicuius Iudaei, nomine Aſruch, cum Iudaeis, libros ſacros in Synagoga legentibus, aliaque plura de conſternatis et attonitis plane Iudaeis, ob Igneti diſputationem habitam, cui non ſatis reſpondere potuiſſent.

Hanc Inghetti Contardi, Mercatoris Ianuenſis, diſputationem et reliqua eius commemorat Vbertus Folieta in Elogiis clarorum Ligurum, quae in Theſauro Italiae et Siciliae recuſa exſtant Tomo I, p. 869 ſeq. Vid. Wolfii Biblioth. hebr. T. IV, pag. 469 et 470.

* *

Adſunt praeter commemoratos libros manu ſcriptos: Albionis Inſtrumentum mathematicum et geometricum. Hunc auctorem ignoro.

Albategni Commentarii de Scientia ſtellarum. Edidit ex iſto codice Petreius Norimb. 1537. 4. Vid. Burmanni Sylloge Epiſtolar. T. II, pag. 336. Vid. ſupra, pag. 110 et 178.

Alfragani differentiae.

Tabulae Iohannis de Blanchinis. Editae ſunt Venetiis, 1495. 4 et 1526 fol. Vid. ſupra pag. 83.

Iohannis de Eſchuide tractatus de Accidentibus mundi. Editus eſt Venetiis, 1489. fol. Vid. ſupra, pag. 178.

Euclidis Geometria. Euclidis uerſionem latinam ex Arabica uerſione A. 1130 ab Adelardo factam, quam poſ-

ſidebat Iohannes Regiomontanus, commemorat Doppelmayr, pag. 13.

Iulii Firmici libri Aſtronomicorum. Editi quoque ſunt Venetiis, 1497. fol.

Codex latinus Geographiae Ptolemaei membranaceus, in forma maiori eleganter ſcriptus. Conſtat ille foliis XLVII. Sed, quod dolendum, Praefatio et Capitis I. Libri I quaedam deſunt: reliqui uero Libri integri comparent. Tabulae ſaltem XXIII textui ſunt ſubiunctae, eaeque omnes ligno inſculptae, quales nempe in Editione Vlmenſi de Anno 1482 habentur, ex qua deſumtae uidentur: attamen quatuor quoque tabulae deſunt; ſiquidem Vlmenſis, et aliae antiquiores editiones tabulas XXVII continent. Subſcriptio ultimae tabulae addita teſtatur, eas Vlmae fuiſſe membranae impreſſas. Singulae tabulae coloribus elegantiſſimis ſunt pictae, et diſtinctae. Additum quoque *Regiſtrum Alphabeticum ſuper octo libros Ptholomei* itidem in membranae foliis 25 ſcriptum: quod ſub ſingulis locorum nominibus, ordine Alphabetico collocatis, ſitum ex mente Ptolemaei indicat, addito non ſolum Libro et Capite textus, in quo illius fit mentio, ſed et tabula, in qua ille melius poſſit in plano cognoſci. Plurimis locis adſcripta ſunt uaria memoranda, maximam partem ex Martyrologiis deſumta; ita tamen, ut recentioris locorum denominationis maior habeatur ratio, quam antiquae, tabulaeque modernae Geographiae ſaepius citentur: quibus forte ad tabulas modernae Geographiae, a Nic. Donis delineatas, et nonnullis editionibus poſt annum 1480 additas, reſpicitur. Tractatus hic, ut et alius mox ſubſequens, XIII folia comprehendens, Nicolaum Donis

Donis, ſ. Germanum, Monachum Benedictinum Reichenbacenſem († 1471) habet auctorem. *) Vltimae paginae inſcriptus Annus 1502, utpote quo anno Codex hic fuit ad finem perductus. Ita *Georgius Martinus Raidelius* in Commentatione de Claudii Ptolemaei Geographia, eiuſque Codicibus. Norimb. 1737. 4. pag. 24.

Octo Volumina librorum choralium, in fol. reg. ſcripta a Margaretha Kartheuſerin, Moniali ord. S. Dominici in Coenobio, S. Catharinae dicato, ſpatio XIV Annorum, et pulcherrimis litteris initialibus figuriſque ornata. Volumen primum abſoluit A. 1458 II. 1459. III. 1460. IV. 1461. V. 1465. VI. 1467. VII. 1468. VIII. 1470. In omnibus ab initio legitur ita: *Nach Chriſti gepurt M°. CCCC°. in dem —— —— Jar hat geſchrieben diſs Puch Sweſter Margaretha Karteuſerin czu nutz irem Kloſter zu Sant Kathrein in Nurnperg Prediger Ordens. pit Got für ſie.*

Exarauit etiam diligentiſſima haec Monialis, linguae latinae haud expers, Partem aeſtiualem Miſſalis A. 1463, addita eadem inſcriptione germanica.

Iam A. 1452 cum alia uirgine Chriſto dicata, Margareta Imhof, Miſſalis hiemalis dimidiam partem ſcripſerat, in ſolitudine angelica. *Nach Criſti Gepurt M° CCCC° in dem LII Jar habent diſs puch geſchriben Sweſter Margaretha Imhof und Sweſter Margaretha Karteuſerin zu nutz irem Kloſter czu Sant Kathrein. Jn nurnberg. Prediger Ordens. Pit Got für ſie.*

Duplicem

*) Plura de eo adferam in recenſione ſplendidiſſimi Codicis Ebneriani.

Duplicem errorem commiſit Cel. Wagenſeilius in Commentat. de Ciuit. Noriberg. pag. 79. Appellat enim eam Carthuſiani ordinis Monialem, adſeueratque deſcripſiſſe Biblia quoque latina, quae tamen a Matthia Artium Licentiato ſunt ſcripta Pragae A. 1431. Vid. ſupra pag. 228. Cel. Dilherrus quoties Volumina iſta peregrinis oſtendebat, ſimul addere conſueuit, teſte Wagenſeilio: *Haec quidem Monialis, ſi quae umquam femina, dictum ſibi putauit illud:* Vide, ne Diabolus te inueniat otioſam

Iſti libri chorales repoſiti ſunt ſuper tertii ambulacri Scrinio in quo praeter multos alios libros impreſſos iſtos MSS. notatione digniores Saeculi XV reperi membranaceos:

In forma quarta.

Incipit ordo ad baptizandum infantes.

Alius codex eiuſdem argumenti.

Anno Milleſimo quingenteſimo decimo comparatus eſt iſte libellus ad eccleſiam parochialem S. Lawrencij ſub Reuerendo ac uiro preſtantiſſimo domino Anthonio Kreſs. V. J. Doctore, Prepoſito et plebano eccleſie prefate.

Vocabularius latino germanicus, collectus ex aliis.

In forma octaua.

Liber precationum latinarum.

Alius. In charta.

Alius germanicus. In charta.

In forma duodecima.

Liber ſpiſſus precum ſ. Horarum. In membrana.

Re-

* *

Reuertor ad libros Ambulacri ſecundi manu exaratos.

Nouum Teſtamentum germanicum, finitum A. 1443 a Kunigunda Schreyberin, Moniali Monaſterii ad S. Catherinam. Cent. I, n. 25. In calce Codicis iſta leguntur:

Dicz Puch iſt ausgeſchriben worden am Freitag vor Sant Michels tag der was an einem Suntag Anno dni M° CCCC: und in dem xliij Jar. Pitt Got für die ſchreyberin die dicz Puch geſchriben hat.

Adeſt epiſtola ſpuria Paulli ad Laodicenſes, et Euangelium Nicodemi, cui adſcripſit Monialis ſedula: *Das ewangelio Nicodemus gehört nicht zu dem text der Bybel.*

Codices latini chartacei.

Biblia ſacra latina A. 1466 ſcripta. Cent. I, num. 9. Prima pars Veteris Teſtamenti uſque ad Prophetam Eſaiam plane deeſt; reliqui autem libri omnes ordine ſequuntur. Nouum Teſtamentum integrum adeſt. Habet omnes Hieronymi prologos, et ordinem Librorum ſolitum, ut et Capitula et diſtinctiones, nullos autem uerſus ſ. commata. Ad marginem ubique fere multae ſunt adiectae notae. *Theoph. Sincer. neue Nachrichten* etc. pag. 203.

* *

Aurea Biblia. Auctor eſt Antonius Rampigollus de Senis, ſ. de Rampegolis; (dicitur etiam falſo Rampelogus) Genuenſis, Monach. Ord. Fratrum Eremitarum S. Auguſt. et Theol. Doctor. A. 1418 Concilio Conſtantienſi interfuit. Vid. Ioh. Alb. Fabricii Biblioth. mediae et infimae Latinita-

nitatis, T. I, pag. 341. In noſtro MS. uocatur Rampigollus. Saubertus eum perperam nominat de Rampegalis, et Fabricius de Rampelogis. Praefatio incipit: *Religioſis atque honeſtis uiris, in Chriſto dilectis fratribus ſtudentibus Neapolim* etc. In editione Norimbergenſi *Antonii Rampigolis de Senis aurei Repertorii Biblie per Fridericum Creuſner*, in fol. min. (inter Nor. Saec. XV. num. 86) alia eſt praefatio, quae ita incipit: *Tanta pollet excellentia predicationis officium* etc.

* *

D. Hartmanni Schedel Liber Cronicarum, fol. mai. Multae correctiones et adnotata in hoc MS manu minutiore ab ipſo Schedelio adſcripta ſunt. Haec inſcriptio legitur (uti in Codice germanico) e regione inſignium Camerariorum: *Hic demum Hiſtoriam excellentium uirorum quorundam ſimulacris ac floſculis uarie decoratam, excuſamque pro utraque lingua, et lat et germ. Sebald. Schreier et Sebaſt Cammermeiſter, Neronburgi etiam in Germania clariſſ. ac imperatorii oppidi, ciues honeſtiſſ. et ſpectabiles incolae, non mediocribus ſuis diſpendiis curarunt et moliti ſunt, arte et lucubrationibus Ant. Coburgeri, ciuis denique Neroburgenſis et eximii librarii ac bibliopolae, litterarum formulis ac aere excuſum iri, atque pro communi antiquitatis ſtudioſorum non tam utilitate quam uoluptate in publicum progredi anno poſt Deo reconciliatum orbem milleſimo, quadringenteſimo nonageſimo tertio, die uiceſima tertia menſis Decembris.* Hoc anno nimirum ab Antonio Coburgero typis mandatum fuit iſtud Chronicon additis iconibus ligno inciſis a Guillelmo Pleydenwurf, ſecundum delinea-

lineationes Michaelis Wolgemut. Recuſum eſt Auguſtae Vindel. 1496 fol. *)

Quae in typis exſcripto Chronico fol. CCXC de Martino Behaim leguntur, addita ſunt ab alia manu in Codice MS. Nec locus ille de America loquitur, ſed de Africa. Infarctus etiam fuit ex iſto Chronico tractatui Papae Pii II († 1464) *de Europae, ſub Friderico III Imperatore, ſtatu.* Vid. quae dixi in Diarii mei litterarii Tomo VI, pag. 78.

Epiſtolae Senecae ad Paullum. Fictae iſtae ineptaeque epiſtolae differunt ab iis, quas Sixtus Senenſis in Biblioth. ſancta; Colon. Agripp. 1626. 4. pag. 115 ſeq. protulit. Deſcriptus e codice noſtro exhibuit Schwindelius, *in den neuen Nachrichten,* pag. 269 — 272.

Commemorantur quoque inter MSS. partim in membrana, partim in charta:

S. Auguſtini et S. Hieronymi opera, XII uoluminibus.

S. Athanaſii Paraphraſis in Pſalmos.

Opera S. Bernhardi.

Alberti M. opera.

Auicennae Metaphyſica et Canones.

Bartholomaei de Brugis Quaeſtiones logicae.

Petri Berthoni Dictionarium morale.

Corpus Iuris ciuilis.

Bar-

*) Vid. Theoph. Sinceri *Nachrichten von lauter alten und raren Büchern,* P. III, pag. 149 ſeq.

Bartoli et Baldi opera.

Calderini repertorium ad ius utrumque.

Antonius de Butrio.

Petri Comeſtoris hiſtoria.

Secundinus de origine Turcorum.

Bartholomaei de Montiano Conſilia medica et Antidotarium.

Haloaliagen de Medicina Auicennae, tractatus, a Gerhardo Cremonenſe in latinum conuerſus ſermonem.

Marſilius ſuper ſcriptis Auicennae.

Iacobi de Foroliuio Commentarius in eumdem.

Simonis de Ianua Synonyma de uniuerſis libris in Medicina.

Libri MSS. Germanici chartacei.

In folio.

Biblia S. Germanica. IV Volum.

Auctor et ſcriptor eorum eſt D. Hieronymus Froeſchelius, A. 1591. In Tomo III, pag. 7 legitur: *M. Cyriacus Spangenberg hat den Pſalter Gebetsweis geſtelt, und dem Autori dieſes Bibl. MS. neben andern 2 doctoribus dedicirt, u. A. 1583 im Druck edirt.* Tomus IV deſinit cum Apocalypſi. Tomus quintus, qui adnotata et obſeruationes complectebatur, deeſt.

Liber IV Euangeliorum. *Hie hebent ſich an die Euangelia* etc.

Georg

Georgii Alt Verſio Germanica Libri Chronicarum Hartmanni Schedelii. (Cent. II, num. 4.) Sequentia leguntur in frontiſpicio: *Diſs iſt das Exemplar des Buchs der Chroniken und Gedechtnuſs der würdigen Geſchichten von Anbeginn der Welt bis auf dieſe unſre Zeit, durch den hochgelehrten D. Hartmann Schedel erſtlich in Latein geſamlet und geſchrieben, und nachfolgend durch Georgium Alten, dermals Loſungſchreiber der Kaiſ. Reichſtadt zu Nürenberg aus dem Latein in deutſch gebracht, und darnach auf Anregen und Begehren der ehrbarn und weiſen Sebalden Schreyers und Sebaſt. Cammermeiſters, der gemeldeten Stadt Neronberg Burgern, mit Figuren geziert durch Anton Coburger, daſelbſt zu Neronberg gedruckt, alles auf der gemeldeten Schreyers und Cammermeiſters Koſtung, und vollbracht im Jar als man zalt nach der Geburt Chriſti tauſend vierhundert und in dem 93.*

* *

III. LIBRI SAECVLO XV IMPRESSI.

1459.

Durandi Rationale diuinorum officiorum; Moguntiae. In fol. max. In membrana, foliis 162. N. 1.

In calce legitur litteris rubris:

Preſens racōnalis dinorꝫ codex officiorꝫ. venuſtate capitaliū decoratus. rubricati- onibuſque diſtinctus. Artificioſa adinuēti- one imprimendi ac caracterizandi: abſque calami exaratioñ ſic effigiatus. Et ad eu- ſebiam dei induſtrie eſt ꝯſūmatus Per

Johannē Fuſt ciuē Magūtinuȝ. Et petrum Gernſzheym. Clericum dioceſ eiuſdem. Anno dñi Milleſimo quadringenteſimo quīquageſimonono. Sexta die Octobris.

Litterae initiales etiam ad Pſalterium A. 1457 et 1459 adhibitae fuere. Sunt rubrae, ornamentis caeruleis. Minores litterae initiales Sectionum Capitumue pleraeque impreſſae ſunt, rubrae omnes.

1460.

Conſtitutiones Clementinae cum apparatu Ioh. Andreae; ibid. in fol. reg. In membrana. Num. 19.

Incipiunt conſtituciones clementis pape v. vna cum apparatu dñi Jo. andree.

Pleraeque litterae initiales ſunt impreſſae, omnes rubrae. Prima eſt caeruleo colore mixta. Numerus foliorum 50 ſupraſcriptus eſt. Fol. 48 b legitur haec inſcriptio lineis ſeptem:

Preſens Clementis p̄pe quīti ꝯſtitutionū codex. vna cum
apparatu dñi Joh. an. Suis rubricacōnibus ſufficiēter diſtiu-
ctus. Artificioſa adinuētionē imprimēdi ac caracteriȝandi.
abſqȝ vlla calami exarationē ſic effigiatus: et ad euſebiā dei
induſtrie eſt ꝯſūmatus. Per Johānem fuſt ciuē Moguntiñ.
Et petrū Schoiffher de gernſsheim. Clericū dioceſ eiuſdem.
Anno domī. M. cccc. Sexageſimo. xxv die Menſis Junij.

Absque inſignibus typographorum.

Se-

Sequitur deinde in duobus foliis Regula Sti Franciſci: *Exiui de paradiſo dixi rigabo ortum plantationum. ait ille celeſtis agricola* etc.

Altera editio anni 1467 eſt in Bibliotheca publica Vniuerſitatis Altdorfinae.

Tertia Argentoratenſis 1471 eſt in hac Bibliotheca.

Quarta Romae, 1473 per Vdalricum Gallum.

Quinta Moguntiae, 1476 per Petr. Schoiffer.

Sexta et ſeptima ſunt Michaelis Wensleri Baſil. 1476. Priorem editionem neque Maittaire, neque Orlandus, adnotarunt. Vid. Bibliothecae Schwarzianae P. II, pag. 167.

Octauam et nonam Antonii Koburgeri 1481 et 1486 infra indicabo inter Noricos libros Saeculi XV.

1465.

Sextus Decretalium cum apparatu Ioh. Andreae. Mogunt. in fol. In membrana. Num. 66. Sunt 141 folia. Poſt arborem conſanguinitatis 4 foliorum: *Circa lecturam arboris* cet.

Incipit liber ſextus decretalium dñi bonifacij pape. viij. Litterae initiales minores partim ſunt impreſſae, partim pictae. In calce legitur litteris rubris ita:

Preſens huius ſexti decretaliū preclarum opus. non atramento. plumali canna neque aerea. ſz artificioſa quadam adinuentione imprimendi ſeu caracterizandi ſic effigiatū. et ad euſebiā dei. induſtrie eſt ↄſummatū per Johannē fuſt ciuem moguntinū et Petrū ſchoiffer de gernſzheym. Anno domini. M. cccc. ſexageſimo quīto. Die vero decimaſeptima menſis decembris.

In non nullis exemplaribus, u. c. in Fribergenſi, (uid. Andr. Molleri Chron. Fribergenſe, pag. 130) ita ſe habet ſubſcriptio:

Preſens huius Sexti Decretalium preclarum opus alma in urbe Maguntina inclyte nacionis germanice. quam dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre illuſtrareque dignatus eſt, non atramento, plumali canna neque aerea, ſed artificioſa quadam adinuentione imprimendi ſeu caracterizandi ſic effigiatum et ad euſebiam dei induſtrie eſt conſumatum per Iohannem Fuſt ciuem et Petrum Schoiffher de Gernsheym. Anno dni M. CCCC. LXV. die uero XVII menſis Decembris.

Lactantii Firmiani Inſtitutionum diuinarum Libri VII. In monaſterio Sublacenſi. Inter libros Solger. in fol. num. 596.

In qualibet pagina continua ſunt lineae 36.

Eſt primus Liber in Italia typis exſcriptus. Exemplar Bibliothecae Ducis de la Valliere in Auctione publica A. 1784 pretio 1830 librarum gallicarum uenditum fuit, quamuis deeſſent bina folia Lactantii erratorum per fratrem Antonium Raudenſem theologum collecta, quae in iſto Bibliothecae publicae Exemplo ſtatim poſt Rubricas ſequuntur. Vid ſupra, p. 237 et Catalogue des Livres de la Bibliotheque du Duc de la Valliere, à Paris, 1783. 8 mai. T. I, p. 153, et Addit. p. 18.

Reu. P. Ioſeph Gheſquiere Bruxellis deſcripſit exemplum integrum (quale iſtud eſt) in Diario *Eſprit des Journaux;* Juillet, 1780.

In

In fine legitur quinque lineis: *Lactantii Firmiani de diuinis inſtitutionibus aduerſus gentes libri ſeptem. nec non eiuſdem ad Donatum de ira dei liber unus. unacum libro de opificio hominis ad Demetrianum finiuntur. Sub anno domini M. CCCC. LXV. Pontificatus Pauli papae II. anno eius ſecundo. Indictione XIII. die uero antepenultima menſis Octobris. In uenerabili monaſterio Sublacenſi. Deo gratias.*

Noſtrum praeterea exemplum adſcripta habet ligaturae iſta uerba, manu Iohannis Friſneri iunioris, Conſulis Wunſidelenſis:


Anno Domini M cccc xlix feria 4ᵗᵃ in ſeptimana palmarum poſt meridiem poſt horam quartam natus eſt in domino Andreas Friſner Wunſidelenſ.

Anno 1466 in uigilia auguſtini natus eſt eraſmus Friſner primogenitus fratris mei Iohannis ſenioris hora prima poſt meridiem.

1467.

Iohannis de Turre cremata Meditationes. Romae, per Vlr. Hahn. In fol. cum figuris. Num. 2.

Rariſſimum inter haecce rariſſima cimelia. Exemplar nitidum. Sunt 34 folia chartae denſae et albae, ita ſignatae



Pagina aduerſa uacua eſt, auerſa autem (in parte ſuperiore, ut reliquae plurimae) figura iſta ornatur, quam a me accuratiſſime delineatam e regione exhibeo, infra dedi ſpecimen litterarum quae per totum librum ſunt eaedem.

Vlricus Han fuit Ingolſtadienſis (Franconiae) patria, ciuis Viennenſis. Vid. Cel. Denis *Einleitung in die Bücherkunde*, pag. 109. *Eiuſd. Wiens Buchdrucker-Geſchichte.*



M Romae.1467.Tab. I.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI



Digitized by Google

Figurae tales ſunt 33 ab artifice Germano ſcalptae cum una grandiori. Omnes coloribus ſunt diſtinctae ſ. illuminatae.

Infra hancce primam creationis mundi figuram legitur titulus 3½ lineis rubris:

Meditatōnes Reuerēdiſſimi patris dñi Johannis de turre cremata Sacroſcē Romane eccl'ie Cardinalis poſite ⁊ depicte de ipſius mādato ī eccl'ie ambitu ſcē Marie de Minerua Rome.

O admiranda et laudanda tue diſpenſationis gratia omnipotentiſſime dne ds. cet.

Omnes litterae maiores initiales rubro atramento ſcriptae ſunt.

Paginae nullis numeris, nulliſque cuſtodibus, neque ſignaturis, uti appellantur a typographis, ſunt inſignitae.

Secunda figura in auerſo latere ſ. dorſo folii ſecundi, exhibet Deum cum Adamo loquentem.

Tertia, quae folii tertii parti inferiori adglutinata eſt, (ut etiam Fig. 3, 9 et 27) repraeſentat Euam pomum apprehendentem.

Figuras ſemper ſequuntur Meditationes.

Quarta in auerſa parte folii quarti Annunciatio angelica exhibetur.

Fig. 5 in auerſa pagina quinti folii (uti ſequentes figurae) conſpicitur Natiuitas Seruatoris.

Fig. 6. Circumciſio.

Fig. 7. Chriſtus a Magis adoratur.

Fig. 8.

Fig. 8. Benedictio Simeonis.

Fig. 9. in aduerſa pagina folii noni. Fuga in Aegyptum.

Fig. 10. Chriſtus in templo inter doctores.

Fig. 11. Iohannes baptizat Chriſtum.

Fig. 12. Chriſtus in deſerto tentatur a diabolo.

Fig. 13. Petro tradit claues.

Fig. 14. Tranſfiguratur.

Fig. 15. Lauat pedes Apoſtolorum.

Fig. 16. Sacra Coena.

Fig. 17. Traditur a Iuda nebulone.

Fig. 18. Deducitur ad Caipham.

Fig. 19. Cruci adfixus adoratur a Maria et Iohanne.

Fig. 20. Maria cum mulieribus, a quibus ſuſtentatur, dolet.

Fig. 21. Chriſti deſcenſio ad inferos.

Fig. 22. Reſurrectio.

Fig. 23. Chriſtus loquitur cum Petro et Apoſtolis.

Fig. 24. Adſcendit in caelum.

Fig. 25. Feſtum Pentecoſtes.

Fig. 26 eſt in auerſa atque uacua pagina folii 26. Sancta hoſtia portatur ab epiſcopo.

Fig. 27 in infima parte paginae aduerſae folii 27. Abraham tres uidet, unum adorat.

Fig. 28 totam implet folii 29 auerſam paginam. Exhibet S. Dominicum iacentem et ex eo in arbore naſcentes Pontifices, Cardinales et Sanctos.

Fig. 29. Chriſtus apparet S. Sixto.

Fig. 30 in aduerſa parte folii 30. Aſſumtio Mariae.

Fig. 31

Fig. 31 in auerſa. Chriſtus inter choros angelorum ſedet.

Fig, 32. Sedet ad ſiniſtram matris Dominus in choro beatorum.

Fig. 33. Officium Miſſae pro defunctis.

Fig. 34 in auerſa ſeu dorſo folii 33. Homines coram tribunali Chriſti.

Pertinet ad throni tui excellentiam. bone ihesu: cui (uetuſta manus adſcripſit *Pater*) *pacto dedit omne iuditium fatere* etc.

In folio ultimo 34 legitur quatuor lineis:

Finite ſunt contemplationes ſupradicte 7 continuate Rome per Ulricum han Anno domini Millesimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo die ultima Menſis decembris. J. R.

Hae litterae forſan ſignificant: *Iuſſu Reuerendiſſimi.* Viuebat enim adhuc Torquemada.

Secunda harum Meditationum Iohannis de Turrecremata ſ. Torquemada, Hiſpani, Ord. Praedicator. († 1468) editio prodiit Romae, 1473.

Tertia foliorum 15 ſub. tit. *Ioh. de Turrecremata Contemplationes* eſt in iſta Bibliotheca inter incertos Saec. XV ſine loco et anno, num. 64. a, et repetita uice num. 99. e. Manus Saeculi XV adſcripſit 1475.

1469.

Eſt inter MSS. Solgeri in forma quarta Num. 17 impreſſum ſine loci et anni mentione Rituale Eccleſiae Rom. Cathol. cum Breuiario Romano et Calendario. Liber ſpiſſus. In membrana. Adſcriptus eſt annus M CCCC LXII. Sed

Sed littera dominicalis A in Calendario cum die Paſchatis 2 Aprilis indicant annum 1469. Typi produnt Petrum Schoeffer. Iohannes enim Fuſt iam A. 1466 Pariſiis diem obiit ſupremum.

Litterae initiales eleganter pictae ſunt. Si uerus eſſet Annus 1462, tunc primus liber eſſet typis exſcriptorum in forma quarti ordinis. Sed rectius illud dicitur de Ciceronis officiorum altera editione Anni 1466.

Summa magiſtri. Iohannis. De
aurbach. Vicarij. Bambergenſis In fol. Num. 91 a.

In calce ita legitur: *Finit libellus diuina eccleſie ſacramenta. que numero ſeptem. et alia qm̃plurima ſecum uerſans per ſalubria pro uiris eccleſiaſticis maxime curatis. ſubditorum animabꝫ prouidere habentibus cui titulus in capite fulgidus. a Ginthero Zainer de Reutlingen. artis huius ingenioſe magiſtro. in urbe auguſtenſi impreſſus feliciter a partu uirginis ſalutifero anno currente Milleſimo. quadringenteſimo ſexageſimo nono.*

Falſo Saubertus pag. 117 ſcripſit, per Iohannem de Auerbach huncce librum impreſſum fuiſſe, quem errorem ſecuti ſunt Caille, Chevillier et Maittaire, Annal. Typogr. T. I, pag. 57 et 64. Vid. Meermanni Orig. typogr. T. II, pag. 273.

Cicero de Oratore ad Quintum fratrem. Romae, fol. min. Num. 47. In calce:

M. T. Ciceroniſ in Brutum explicit liber. Anno Xſti. M. CCCC. lxix die uero. xii menſis Ianuarii. Rome in domo magnifici uiri Petri de Maximo.

Quaelibet pagina integra lineas habet 32. Iterum impreſſus eſt hic liber (ut puto) Venetiis. Eſt inter huius Biblio-

Bibliothecae incertos Saec. XV, num. 74 a, habetque etiam quaelibet pagina integra lineas 32.

1470.

Thom. Aquinas in Lucam. Rom. fol. N. 71.

Hieron. Presbyteri Epiſtolares Expoſitiones. Romae; fol. 2 Vol. N. 68. 69.

Ciceronis epiſtolae ad Brutum et Atticum, per. Nic. Ienſon. Venet. fol. N. 29.

Leonis I P. M. Opera. Romae, fol. N. 95.

Ioſephus lat. Aug. Vind. fol. N. 24.

1471.

Salluſtius. ſine loco. fol. N. 18.

Ioh. Meſua de medicinis morborum particularium. fol. N. 139. a.

Petri Aponi additiones ad Meſuam. N. 139. b.

Thomae Aquin. Ima pars Summae. Mogunt. fol. n. 48.

Ludou. Pontani ſingularia. Venetiis per Vindelinum. fol. N. 160. a.

Pauli Oroſii Chronographia, Auguſtae, per Ioh Schüsler. n. 115.

Petri de Creſcent. rural. commentar. Libri XII, per eumdem. num. 28.

Speculum uitae humanae per Guntherum Zainer, Aug. Vind. n. 91. b.

Epiſtolae Cypriani. Romae. n. 107.

Quinctilianus. Venet. n. 26.

Donati et Seruii commentar. in Virgil. Ratiſp. n. 21.

Cle-

Clementinae cum Apparatu Ioh. Andreae. Argent. ap. Heinr. Eggeſteyn. n. 54. a.

1472.

Buch von der rechtlichen Ueberwindung Chriſti wider Sathan. Aug. ap. Günther Zeinet *). N. 108. a.

Repetitiones, diſputationes et tractatus uariorum Doctorum. Venet. per Ioh. de Colonia et Vindel. de Spira.

Iſidori Hiſpalenſis Liber Etymologiarum, apud Gunth. Zainer. In membrana. n. 25.

Ciceronis Orationes, ſine loco. In fine leguntur hi uerſus:

Hoc ingens Ciceronis opus: cauſaſque forenſes,
Quas inter patres dixit et in populo.
Tu quicunque leges. Ambergau natus abenis
Impreſſit formis. Ecce magiſter Adam.
M. CCCC. LXXII.

n. 45.

Thomae Aquinatis ſecunda Pars Summae. ſ. l. n. 72.

Iacobi de Theramo conſolatio peccator. Auguſtae, per Ioh. Schüsler. n. 176. et Incertor. n 87. c.

Quaeſtiones de uirtutibus et uitiis. n. 55.

Ioh. de Turre cremata explanatio in Pſalmum. Aug. Vind. n. 2. c.

Ambroſii Hexaëmeron. n. 2. d.

Leon-

*) Deſcripſi rarum iſtum librum in T. II Diarii mei litterarii germ. p. 387. Vid. Dom. Zapf Augsburgs Buchdruckergeſch. pag. VIII. Tab. 3.

Leonhardi Aretini Epiſtolae familiares. n. 27.

Boccatii Decameron. Italice. Mantuae. n. 73.

Roberti Valturii liber de re militari. Veronae. n. 50.

Appianus lat. Romae. n. 51.

Frid. de Senis Conſilia et Quaeſt. ib. per Adam Rot. n. 155.

Aug. de Aretio tr. maleficiorum. Romae. n. 158.

C. Plinii hiſt. nat. Venetiis. n. 23.

Scriptores de re ruſtica, ib n. 75.

Macrobius in ſomnium Scipionis. Ib. n. 33.

Decretum Gratiani gloſſatum. Moguntiae. per Petrum Schoiffer de gernſheym, ſuis conſignando ſcutis.

Inſtitutiones Iuris cum gloſſa. ib. n. 134.

Sub finem huius libri repetuntur uerſus ſequentes, qui iam in editione 1468 leguntur. Illuſtrauit eos Chriſtian. Gottl. Schwarzius, celeberrimum quondam Acad. Altdorfinae decus, in Exercitatione III de Origine Typographiae, pag. 17 ſeq.

Scema tab'nacl'i moiſes ſalomōq3 tēpli
Haut p̄ter ingenios perficiūt dedalos
Sic decuſ ēccie maius maior ſalomōe
Iam renouās renouat beſelebel et byrā
Hos dedit eximios ſculpēdi in arte m̄groſ
Cui plac3 en maẽlos arte ſagi'e viroſ
Quos genuit ambos vrbs magūtina iob'es
Libro24 inſignes prothocaragmaticoſ
Cū quib9 optatū petrus venit ad poliandrū
Curſu poſterior introeūdo prior

S *Quip-*

Quippe quibꝰ p̄ſtat ſculpēdi lege ſagitus
A ſolo dante lumē et ingeniū
Natio queqꝫ ſuum pote'it reperire caragma
Secum nempe ſtilo p̄minet om̄igeno
Crede' difficile eſt, doctores quam p̄cioſa
Pendat mercede' ſcripta recorrige'
Orthoſintheticū cuius ſintagma per orbē
Fulget franciſcū p̄ſto magrm hꝫ
Me qꝫ deuinxit illi nō uile tragema
Publica ſed comoda. et terrigenum columen
Sic vtinam exſcobe' falſs moliātur ydeā
Qui ſintagma regūt et prothocaragma legūt
Aureola indubie p̄miaret eos logothece
Quippe libris cathedras mille ſb'erudiūt.

Inſignia Fauſti et Schoefferi rubra ſunt.

1473.

Incipit noua compilatio .Decretalium Gregorii IX. Mogunt. per Petrum Schoiffer de Gernsheim. Folio maximo. n. 57.

In calce legitur litteris rubris:

Pars I fol. 221 Pſalmis clauditur. Pars II fol. 359 finitur II libro Maccabaeorum. In calce legitur:

HIE HAT EIN END DAS AN
DER BVOCH MACHABEORVM

Sequitur eadem figura, quae eſt in fine Bibliorum germ. quae A. 1477 Aug. Vind. Antonius Sorg impreſſit.

Nouum Teſtamentum folia habet 97 et finitur folio 456, in cuius prima columna poſt 19 lineas Apocalypſeos leguntur uerba

DEO GRACIAS.

Quae ſequitur icon, in qua Chriſtus cruci, fixus conſpicitur cum Maria et Iohanne. Reliqua uacua ſunt. In dorſo ultimi huius folii 456 Index legitur, qui ita incipit:

Hie hebt ſich an ein Regiſter über die bücher
d' Bibeln wien il *) *ieglichs Buch Capi.. inhelt*
Die vorred vnd epiſtel Sancti Iheronimi über
die Bücher der bibeln hat VIII. Capitel
Das Buch Geneſis das iſt zu deutſch genant das
buch der geſchöpff hat L. Capitel rel.

1472.

Biblia germ. Aug. Vindel. abſque anni atque typographi mentione. In folio ſuperregali. Incertor. N. 4.

 Sunt

*) eſt erratum typogr.

Sunt foliorum, 532. Impreſſit Güntherus Zainer. Vet. Teſt. folia habet 422, Nou. Teſt. 110. Quaelibet columna habet 58 lineas.

Annus impreſſionis 1472 tamquam uerus ponendus eſt, *) uti docet liber benefactorum Carthuſiae Buxienſis. *Liber Benefactorum Monaſterii Buxheimenſis Ord. Carthuſiani, MS. fol. 25. E MS. Kriſmeriano iam a 1775 mecum communicato.*

Item dns Güntherꝰ impſſor ciuis auguſte dt (*dedit*) nobis libros ſbſcriptos ppdeū et aīē ſue ſalutē anno 1474 et ſeqn̄tibus pm̄o pantheologiam in duobꝰ volum̄bꝰ. Summam Johis Kathenā aureā Scti thome *bibliam in vvlgari inſup. regali modo* regiſtrū bti gregorij ppe wilhelmū de fide et legibꝰ dūplr poſtillā, ſup eplās et ewangelia in wlgari poſtillā ſup ewangelia gwilerini Speclm humane vite in vvulgari Stephanum de fliſco duptr. libellū de terra ſcta in vvlgari ſum̄am piſani libellum de legibꝰ tpalibꝰ in vvlgari. Titulos pſalmorum cū expoſicōē. Tetū (*Textum*) donati. lumē aīe in latino. jtē hyſtoriam barlaā et joſaphat et duo ɔfeſſionalia in wlgari qui obijt 1478. Et habet *anniuerſarium* ppetuū nobiſcū in die **) Scti remigij pro ſe et parentibꝰ uxore et o͞ibꝰ an̄ceſſoribꝰ ſuis jd (*idem*) habuit plenū monachatū ***) in domo hac ſic vnꝰ de pfeſſ; (*profeſſis*) obijt jdus āplis (13 Apr.)

Ne-

*) Ioh. Nic. Weislingerus falſo in annum 1494 reponit in ſuo Armamentario catholico Bibliothecae Argentoratenſis Commendae Ordinis Melitenſis S. Iohannis Hieroſolymitani ab A. 1463 — 1528. Argentor. 1749 fol. pag. 738.

**) Tra nſlationis.

***) *Pleno monachatu perſoluendo tenetur unuſquiſque Sacerdos ad*

Sex

Necrologium huius Monaſterii haec habet ad 1 Octobris 1478: Gintherus Zainer impreſſor librorum, ciuis Auguſtenſis, benefactor huius domus.

Günth. Zainerus A. 1477 alia Biblia minoribus typis impreſſit, ſtatim indicanda, et obiit d. 13 Aprilis, 1478.

In fine Bibliorum legitur iſta Subſcriptio litteris rubris:

Diſʒ durchleuchtigoſt werck der ganczen heyligen geſchrifft. genandt die Bibel fur all ander vorgedrucket teutſch biblen. lau terer. klärer. vnnd warer. nach rechter ge meinen teutſch dañ vorgedrucket. hat hie ein ende. In der hochwirdigen keyſerlichen ſtat Augſpurg. der Edlen teutſchen Na- tion nit die mynſt. Sunder mit den mey ſten eben geleych genēnt zu gantzem ende Vmb wöllich volbringung. ſeye lob. glori vnd Ere der hochen heyligen driuältigkeit vnd einigem weſen. Dem vater vnd dem ſun. vnd dem heyligen geyſt. Der da lebet vnd regyeret got ewigklichen Amen.

Reperiuntur iſta Biblia in Bibliotheca Dilherriana, et in Fenizeriana, quorum exemplorum differentias in non nullorum foliorum lineis indicauit Dom. Panzer, in *der litter. Nachr. von den älteſten deutſchen Bibeln* etc. pag. 47.

Deſcripta ſunt apud Naſt, pag. 58 ſeq. et in eiuſd. *Litterariſcher Nachricht von der hochteutſchen Bibelüberſetzung* etc. Stuttgard, 1779. 8. ubi XIV antiquiſſima Biblia germanica docte recenſentur. Ioh. Melch. Goetze

Sex Miſſas celebrandas, non Sacerdotes ad recitandum bis integrum pſalterium, primum cum ueniis ad ſingulos pſalmos; fratres donati ad 330 *Pater et Aue iuxta tenorem ſtatutorum.*

Hiſt. der gedruckten Niederſaechſiſchen Bibeln, Halle, 1775. 4. In primis autem accurate deſcribuntur a Doctiſſ. Dom. M. Georg. Wolfg. Panzer *in der litter. Nachr. von den allerälteſten gedruckten deutſchen Bibeln aus dem XV Jahrhundert* etc. pag. 40 ſeq. et in Eiuſd. *Ausführlicher Beſchreibung der aelteſten Augſpurgiſchen Ausgaben der Bibel.* Nürnb. 1780. 4. pag. 14 ſeq.

Typi craſſiores horum Bibliorum ſunt iidem, quos adhibuit Günther Zainer Speculo uitae humanae, 1471. fol. (Inter libros Saec. XV ſupra relatos Num. 91 b) et in libro *Belial* 1472 fol. (Num. 108. a).

1477.

Alia Biblia germ. Auguſtae Vindelicorum ap. Güntherum Zainer impreſſa. In fol. 2 Vol. Num. 6 et 7.

Sunt folior. 652. Pars I habet folia 320. Pars II 331. Lineae columnarum integrarum ſunt 51. Vid. Naſt, pag. 70 ſeq. Panzer, pag. 51 et *von den Augſpurg. Bibeln*, pag. 19 ſeq.

Sub finem Partis I conſpiciuntur annus 1477 et Inſignia Zaineri, leo coronatus erectus, in area rubra.

Typi ſunt minores quam in Bibliis praecedentibus. In fine legitur typis nigris:

Diß durchleichtigeſt werck d' gantz
en heyligen geſchrifft. genandt die bi-
bel für all ander vor gedruckt teutſch
Bibeln. lauterer, klärer vnnd warer
nach rechtem gemeynen teutſch dann
vor gedrucket hat hie eyn ende. In d'

hoch-

hochwirdigē keyſerlichen ſtatt augſpurg. der edeln teutſchen nacion nit der minſt ſunder mit den meyſtē eben geleich genennet. zu gantzem ende gedrucket: Umb wölich volbringung ſei lob. glori vnd ere. der hochen heyligen triualtigkeit. vñ eynigem weſen. dem vatter vnd dem ſun vnd dem heyligen geyſt. der do lebt vnd regieret got ewigklichen Amen.

Iterum ſequitur annus 1477 cum Inſignibus Zainerianis.

Eod. a. 1477.

Biblia germanica; Aug. Vindel. ap. Antonium Sorg. In fol. Biblioth. Solg. I, num. 67. In Catalogo Solgeriano falſo *abſque anno impreſſionis* excuſa dicuntur iſta Biblia.

Sunt folia 542. Columnae plurimae habent 55 lineas.

Figurae ligneae coloratae ſunt. Tabulae iſtae ligneae eaedem ſunt, quae ad Biblia ſupra pag. 351 commemorata adhibitae fuere, ut cuilibet inſpicienti patebit.

Pars I finitur Pſalmis, foliis 266. In fine ultimi Pſalmi legitur

DEO GRACIAS

Eyn Ende hat die weyſſagunge oder der pſalter etc.

Pars II deſinit folio 430.

Ein Ende hat das ander Buch machabeoruʒ
das man zu Teutſch nennet der Streitter

Auch endet ſich hie das Teſta
ment der Alten Ee

M. CCCC. LXXVJJ.

Sequitur icon, quae etiam reperitur in contextu libror. Maccabaeor. Bibliorum ſupra pag. 351 deſcriptorum.

Nouum Teſtamentum folia habet 111. In ſecunda columna ultimi folii haec eſt Subſcriptio:

*Dyſs durchlewchtigoſst werck der gantz
en heyligen geſchrifft genannt die Bybel. hat
hye ein ende. In der hochwirdigen keyſerlich
en ſtat Augſpurg. der Edlen teutſchen Na-
tion nit die mynſst. Sunder mit den meyſsten
eben geleich genennet zu gantzem ende. Die
hat gedrucket vñ volbracht Anthoni ſorg
am freytag vor ſant Johannſentag des teuf
fers. Als man zalt nach Criſti vnſers Herrn
gepurt Tauſent. Vyerhundert, vnd in dem
Syben vnd ſybentzigoſten iare. Vmb wölich
volbringung ſeye lob. glori vnnd ere der ho
hen heyligen driuältigkeyt vnd eynigem we
ſen. Dem vatter vnd dem ſun. vnd dem hey
ligen geyſst. Der do lebet. vnd regieret got
ewigklichenn.* AMEN.

1483.

Prima Biblia germ. Norimbergenſia; per Anton. Koburger. fol. mai. Cum figuris auro et coloribus depictis. Biblioth. Solger. I, n. 68, 69.

Folia

Folia ſunt 583. Pars I habet 296. Paginae columnarum lineas habent 50, non numquam 51. Typorum ſpecimen exhibui in Tab. 7.

Tabulae ligneae ſunt 109, nimirum in Veteri Teſtamento 97, in N. T. 12. Forſan a Wolgemuth, pictore Norico delineatae, et a Guil. Pleydenwurf ligno inciſae ſunt. In Bibliis, Coloniae per Hendrick Quentel 1480 impreſſis iam conſpiciuntur iſtae tabulae ligneae, ita ut uero ſimile ſit, Norimbergam 1483, poſtea uero Halberſtadium delatas fuiſſe. In Tabula ſaltem 14 legitur dialecto Germaniae inferioris *Joſeph Broedere*, pro *Brüder*. Adhibitae etiam fuere poſtea 1522 in Bibliis Halberſtadienſibus, *) uti me docuit amicus meus p. m. Dom. Enſchede, celeberrimus typographus Harlemenſis, in litteris d. 20 Aprilis 1778 ad me datis: En feuillant, inquit, Votre Exemplaire de la Bible de 1483, j'ai remarqué qu'on a employé les gravures en bois de cette Bible trois ans auparavant dans la Bible imprimée a Cologne en 1480 par *Hendrik Quentel* en langue bas-allemande, (dans laquelle Bible le Cantique de Salomon eſt en Latin) et que cette Bible eſt imprimée par *H. Quentel*, j'ai appris par le livre *Th. Aquinatis Commentarii*, dont un exemplaire eſt dans la Bibliothéque de cette ville, qui eſt imprimé par lui à Cologne dans le méme an, et dans lequel la premiere page eſt bordée par la méme figure, qui ſe trouve dans la Bible. J'ai auſſi remarqué que les figures en bois, dont

 on

*) quae deſcripſerunt uberrime I. H. von Seelen in Spec. XI Selector. Litterar. pag. 398 — 426; et p. m. Paſt. Goetze in *der Hiſtorie der Niederſächſiſchen Bibeln. Halle, 1775. 8.*

on a fait uſage en 1480 à Cologne, et en 1483 à Nuremberg, ont été auſſi employées à Halberſtad en 1522, pour imprimer une Bible dans la langue baſſe-ſaxonne. Idem etiam p. m. Dom. Paſtor Goetze adnotauit in *der Hiſtorie der gedruckten Niederſächſiſchen Bibeln*, pag. 77, atque in *der Beſchreibung ſeiner Bibelſammlung*, pag. 311.

In fine Apocalypſeos S. Iohannis iſthaec Subſcriptio legitur:

Diſs durchleuchtigiſt
werck der gantzen heyligen geſchrifft. genant
dy bibel für all and' vorgetrucket teutſch biblē.
lauterer. clarer. vnd warer nach rechter gemeyner teutſch. mit hohez vnd groſsem vleyſs. gegē
dem lateyniſchen text gerechtvertigt. vnd' ſchid
lich punctirt. mit vberſchrifften bey dem meyſten teyl der capitel vnd pſalm. iren inhalt vnd vr
ſach anzaygende. Vñ mit ſchönen figuren dy
hyſtoriē bedeutēde. hat hie ein ende. Gedruckt
durch anthonium koburger in der löblichen key
ſerlichen reychſtat Nürenberg. Nach der geburt criſti des geſetzs der genaden. vierzehen
hundert vnd in dem dreyvndachtzigſtē iar. am
montag nach Jnvocavit. Vm wellich volbrīg
ung. ſey lob. glori. vnd ere. der hohen heyligē dry
valtigkeit. vñ einigem weſen. dem vater vñ dez
ſun vnnd dem heyligen geyſt. der da lebt vnnd
regiret gott ewigklich amen.

Deſcripta ſunt exacte iſta Biblia a Dom. Eckhard in *der Nachricht von ſeltenen Büchern*, pag. 14 ſeq. a Dom. Mi-

Michaelis in Syntagmate commentat. pag. 15 ſeq. Lilienthal in *den Preuſſiſchen Zehenden*, B. 2, pag. 60 ſeq. a p. m. Dom. Paſtore Goetze *in der Beſchreibung ſeiner Bibelſammlung*, pag. 111 ſeq. et praecipue in Dom. Panzeri *Geſchichte der Nürnbergiſchen Ausgaben der Bibel von Erfindung der Buchdruckerkunſt an bis auf unſere Zeiten; Nürnberg*, 1778. 4. pag. 65 — 74.

1485.

Biblia germ. Argentorati; in folio minori. 2 Vol. Catal. Biblioth. Solg. I, num. 70 et 71. Vid. Vogt Catal. libror. rarior. pag. 101, 102.

1494.

Prima Biblia dialecto ſaxonica inferiori typis maiuſculis impreſſa Lubecae; cum figuris coloratis. fol. mai. Catal. Biblioth. Solger. I, num. 72.

De Biblie, mit vlitigher achtinge: recht na deme Latine in Dudeſk auerghеſettet mit vorluchtinghe vnde gloſſe des hochgelaerden Poſtillatoers Nicolai *de Lyra vnde anderer velen billighen Doctoren. Gedruckt Lubick* 1494.

Luculenter et copioſe deſcripſit iſta Biblia rariſſima J. H. von Seelen Spec. VI Selector. Litterar. pag. 211 — 251. et p. m. Paſtor Hamb. Goetzius, in libris iam ſupra citatis.

Gloſſa uerba Geneſ. III, 16 ita exponit: *Vnder der Macht des Mannes* wers *tu* weſende, *und he ſchal aver dy herſchopen, dy* wackene *to pyneghende, und to ſtande.*

BIBLIA

BIBLIA SACRA LATINA SAEC. XV.

1468.

Biblia latina ſine die et conſule. in fol. 2 Vol. Incertorum Num. 1 et 2.

Impreſſa ſunt Argentorati, typis grandioribus (qui hodie a typographis *Text-antiqua*, item *Parangon-antiqua* appellantur) prelo Henrici Eggeſteinii. Conſtant foliis 637. Volumen I habet folia 320. Vol. II fol. 317. Columnae ſingulae habent lineas 41.

In utroque Volumine legitur:

Iſte liber eſt monaſterii Sancti Egidii in Nuremberg quem obtulerunt teſtamentarii Egregii uiri dñi Doctoris Seyfridi plaghal de bonis relictis eiuſdem pro melioracione anniuerſarii ipſius. Anno 89.

Signum chartarii eſt littera D, quam linea perpendicularis ſecat. Vid. Schoepflini Vindiciae typograph. pag. 43 et 44. Tab. V, ubi exhibetur Subſcriptio Miniarii in fine Pſalterii, quod eſt in Bibliotheca Commendae S. Iohannis Hieroſol. Argentorati:

Explicit pſalterium 2c |:..
p mgrm heinricum
Eggeſ tein Anno lxviij.

Litterae initiales Librorum et Capitum ſunt pictae colore rubro atque caeruleo, uti in Bibliis germanicis Moguntinis 1462, et Mentelianis 1466. Typi ſunt iidem qui in Clementinis 1471.

Vogt

Vogt in Catal. libror. rarior. pag. 117 errat, quando iſta Biblia uerſus annum 1464 uel 65 prodiiſſe, immo ipſis Bibliis Moguntinis anni 1462 praeferenda putat.

In cap. 37 Ieſaiae Vol. II, fol. 79 uitio typographico legitur: *Ponamcirculum in* auribus *tuis*; pro *naribus*. Ita etiam in Exemplo Brunſuicenſi, Berolinenſi, etSchwarziano. Vid. G. L. O. Knochii *hiſtor. kritiſche Nachrichten von der braunſchweigiſchen Bibelſammlung*; Vol. I, pag. 715; et Biblioth. Schwarz. P. II, p. 35, quod exemplar eſt in Bibl. Altdorf.

De Pſalterio Creuſneriano in formâ quarta iam ſupra pag. 315, 316 mentionem feci.

1475.

Biblia lat. Antonii Kobergeri. fol. mai.

Conſtant foliis 481. Columnarum ſingularum paginae ſunt 48.

Impreſſit Kobergerus haecce Biblia e Codice MS. non e Moguntinis Bibliis aut Argentoratenſibus.

Subſcriptio a Maittaire non adducta, eſt ſequens in fine Apocalypſeos:

Opus veteris nouique teſtamenti. Impreſſum
ad laudez et gloriam ſancte ac indiuidue tri
nitatis. Intemerateque virginis marie felicit
finit. Abſolutū conſūatumque eſt. In regia
ciuitate Nurmbergeñ per Anthonīū Cober
ger incolā ciuitatis eiuſdez. Anno incarna
tois dñice. M. CCCC. LXXV. Ipſo die
Sācti Otmari cōfeſſoris. XVI. Nouēbris.

Haec

Haec et ſequentia Biblia uberrime recenſuit Reu. Dom. Panzer in *der Geſchichte der Nürnberg. Ausgaben der Bibel*, pag. 11 ſeq. a quo uiro diligentiſſimo doctiſſimoque propediem exſpectamus Deſignationem Librorum germanicorum, ab a. 1462 ad annum uſque 1520 typis exſcriptorum.

Eod. A. 1475.

Biblia latina per Andream Friſner et Joannem Senſenſchmid. Fol. reg. Inter Norimberg. Saec. XV, num. 17.

Conſtant foliis 458. Quaelibet columna integra habet 60. lineas. Litterae initiales Librorum atramento rubro ſcriptae, capitum uero rubro colore pulcherrime impreſſae ſunt, ut et *rubricae*, omiſſa tamen ſub librorum finem conſueta formula *Explicit*. In fine Apocalypſeos haec legitur Subſcriptio rubro colore nitide impreſſa quatuor lineis totum folii ſpatium percurrentibus, quas hic lineolis diſtinctas exhibeo:

Hoc opus Biblie effigiatum eſt ī nuremberga oppido germanie celebratiſſimo, | iuſſu Andree Friſner Bunſidelenſis artium liberalium magiſtri! et Joannis Sen | ſenſcbmit civiś p̄fati oppidi ātiſimpreſſorieq; magiſtri, ſociorum, ſuis ſignis ānotatı | tis. Anno ab incarnatione domini, M. CCCC. LXXV. quinto idus decembris.

Subiiciuntur amborum Inſignia ſ. Scuta, rubro quoque colore expreſſa, nempe in uno ſcuto conſpiciuntur duae falces foenariae ſine manubrio, eaeque decuſſatim poſitae; in altero ſcuto exſtat pelicanus. Recte addit Cel. Schwarzius: (Catal. Biblioth. Schwarz. P. II, pag. 152)

Haec

Haec ſunt prima ſigna, typographorum libris addita, quae adhuc, praeter Fauſti et Schoefferi, obſeruare nobis licuit. Exhibuit ea Rothſcholzius in Sectione ſeu Tab. XLIII Inſignium Bibliopolarum et Typographorum. Norimbergae, 1728. fol. num. 405.

Carthuſienſis quidam monachus huic exemplo Bibliothecae adſcripſit paginarum numeros praemiſitque foliis 3½ Lectionum indicem, qui ita incipit:

Modus legendi libros biblie in eccleſia
et refectorio fratrum ordinis Carthuſ.

Quia iſta Biblia ſunt ad amuſſim et nerbotenus expreſſa e Romanis in domo Petri et Franciſci de Maximo *) Anno 1471 impreſſis, ſtatim ab initio id ingenue confeſſi ſunt Friſnerus atque Senſenſchmit, ſex lineis rubro colore impreſſis:

Quia veſtigia ſeq'mur Joann. An. Epi Alerienſis quē nihil reliq'ſſe cōperimꝰ quod ulteriori emendatione ęgeat, pręter pauxilla q̃ vicio compoſitorum litterarum viciata ſunt. Jdeoq; epiſtolā quā ipe ꝑpoſuit omittere noluimꝰ! ne cuiꝰ doctrinā imitamur, eius ↄdignā laudē videamur ſupprimere.

Sequitur epiſtola dedicatoria Epiſcopi Alerienſis ad Paullum II P. M. quam excipiunt index contentorum, et Epiſtola Matthiae Palmerii, praefixa ſuae uerſioni Ariſteae.

Ariſteas ad Philocratē fratrem per Matthiā Palmeriū Piſanum e Greco in latinum conuerſus.
Incipit proemium Ariſteae.

Fol.

*) In editione Romana in calce leguntur iidem uerſus, quos ſupra pag. 300 e Liuii editione attuli.

Fol. 8, 9 et 10 ſequitur Hieronymi Epiſtola ad Paullinum Prologuſque in Pentateuchum, et rel.

Libros Biblicos excipiunt foliis 28 Interpretationes hebraicorum nominum.

1478.

Biblia lat. Antonii Koburgeri. fol. mai. Biblioth. Solg. I, num. 48.

Conſtant foliis impreſſis 468. Columnae plurimae habent lineas 51, raro 53. Expreſſae ſunt e Bibliis 1475. Subſcriptio poſt Apocalypſin ita ſe habet:

Anno incarnat&nis dnice. Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo. Mai v'o kl' octauo decimo. Qz insigne veteris nouiq; teſtamenti opus. cum canonibꝰ euāgeliſtarumque concordantiis. In laudez et gloriam Sancte ac indiuidue trinitatis. Intemerate virginiſq; impſſum. In oppido Nurnbergū. Per Antoniū Coburger prefati oppidi incolam induſtria cuiꝰ q, diligētiſſime fabrefactum. finit feliciter. *)

Cod. A. 1478.

Biblia lat. in. fol. min. Inter libros Saec. XV, n. 119.

In

*) Haec Biblia ſplendidiſſima inter Koburgeriana (nam impreſſit altera 1477) tertium occupant locum. Eodem A. 1478 repetiit iſtam noſtram editionem *Nouembris ydus quarto*, quae differt ratione linearum, non autem paginarum.

In fine Apocalypſeos legitur ita:

Biblia impreſſa Uenetiis opera atq; impēſa Theodorici de Reynſburch a Reynaldi de Nouiomagio Theuto nicoz ac ſocioz. M. cccc. lxxviij.

1479.

Alia Biblia lat. Venetiis impreſſa. In fol. min. Inter libros Saec. XV., num. 97.

Conſtant foliis 429. Sed deeſt folium primum. Omnes litterae initiales ſunt ſcriptae atramento rubro. Subſcriptio in fine Apocalypſeos haec eſt:

Biblia quem retinet ſequitur nunc metricus ordo.
Generat exodus. leui. numen quoque deutro:
Joſue. iudicum. ruth. reges et paralipon.
Eſdre. neemias. eſdras. tobiaque iudith.
Heſter. iob. pſallit. prouerbia. eccleſiaſtes.
Cantica ſunt ſapientis. eccleſiaſticus et eſaias.
Hieremia. threna. baruch. ezech. danielis.
Oſeeque. iohel. amos. abdiaque ionas.
Micheas. naum. abachuc. ſophoni. aggeus.
Zacharia. malachi. machabeor quoque duo.
Matth. mar. luc que iohan. roman corinth. galat. epheſ.
Phil. colo. theſſal. timoth. tituſque deinde philemon.
Hebreoſ. actus. iacobus. petrus et iohannes.
Iude canonica. finem tenet apocalypſis.

Fontibus ex grecis hebreorum quoque libris
Emendata ſatis et decorata ſimul
Biblia ſum preſens ſuperos ego teſtor et aſtra.

Eſt impreſſa nec in orbe mihi ſimilis.
Singula queque loca cum concordantibus extant
Orthographia ſimul quam bene preſſa manet.

M. CCCC. LXXIX.

Numerantur nouem editiones, quae iſtos uerſus ſubſcriptos habent. Le Long et Dauid Clement recenſent octo. In Catalogo Bibliothecae Vallicrianae T. I pag. 13 reperitur editio anni 1482, cum ſequenti adnotatione: *On trouvé dans le Catalogue de M. Verduſſen, dont la vente s'eſt faite à Anvers dans de mois de Juillet* 1776, *au* N. 18, Nouum Teſtamentum, *etc.* 1481, *à la fin duquel il y a les ſix derniers vers de la ſouſcription ci-deſſus. La ſingularité de ces vers a fait adreſſer au Journal de Paris une Lettre datée de Spa, par le Lord* * * *, *pour avoir quelque certitude, de la part des Bibliographes et des Amateurs, ſur l'exiſtence du* complet *d'un Livre ſi précieux. Voyez dans le* Journal de Paris, année 1780, cette Lettre, avec les réponſes, Nos 164, 170, 181 et 204.

1480.

Biblia lat. Koburgeriana. in fol. Num. 137. Conſtant 468 foliis. Praemiſſus eſt index libror. V. et N. T. Deficit fol. I Epiſtolae S. Hieronymi. Litterae initiales librorum capitumque pictae ſunt, rubrae atque caeruleae. Subſcriptio decem linearum poſt Apocalypſin haec eſt:

Anno incarnationis dominice. Milleſimo qua dringenteſimo octuageſimo. Mai uero kl' octauo decimo. Q; inſigne ueteris nouique teſtamenti opus cum canonibus euangeliſta

rumque

rumque concordantiis. In laudem et gloriam ſancte ac indiuidue trinitatis. Intemera te uirginiſque Marie impreſſum. Jn oppido Nurnbergñ per Antonium Coburger prefati oppidi incolam induſtria cuius quam diligentiſſime fabrefactum, finit feliciter:

Sequitur ſex foliis Menardi epiſtola ad Jacobum de Yſenaco, cum tabula Canonum Euangeliorum. *Et ſic eſt finis.*

Iſtud Exemplar Bibliothecae donauit J. Lorck, Paſtor Hafnienſis, d. 7 Maii, 1780.

Deſcripſit haecce Biblia Dom. Lengnich in *den neuen Nachrichten von ſeltenen Büchern*, Vol. 2, pag. 101 ſeq.

1485.

Biblia lat. cum gloſſa Nicol. de Lyra per Ant. Koburger. Fol. IV Tomis. Inter Noricos Saec. XV. num. 99 — 102.

Subſcriptio ſequens poſt Nou. Teſt. legitur: *Exactum eſt Nuremberge inſignie* (inſigne) *hoc ac inuſitatum opus biblie una cum poſtillis venerandi viri ordinis Minorum fratris Nicolai de Lyra: cumque additionibus per venerabilem epiſcopum Paulum burgenſem editis: ac replicis Magiſtri Matthie dorinck eiuſdem ordinis Minorum fratris et theologi optimi: charactere vero impreſſum habes iucundiſſimo*: *impenſiſque Anthonii Cobergers prefate ciuitatis incolam* (incolae) *Anno incarnate deitatis M CCCC LXXXV. Sabbato poſt Johannis ante portam latinam: et in hunc fine uſque perductum. De quo honor inuictiſſime Trinitati nec non intemerate virgini Marie Jheſu Xpi gerule. Amen.*

1493.

Opus Bibliorum, cum Poſtillis Nicolai de Lyra, charactere eleganti per Anton. Koberger. fol. min. IV Vol. N. 59.

Omiſit Saubertus.

1494.

Pſalterium beati Brunonis epiſcopi herbipolenſis. 4 mai. Num. 112.

In fine legitur: *Beati Brunonis pſalterium ex doctorum dictis collectum per Antonium Koberger. impreſſum. Anno incarnate deitatis milleſimo quadringenteſimo. nonageſimo quarto finit feliciter.*

Exemplum huius Pſalterii in folio forſan ante annum 1480 impreſſum, eſt in Bibliotheca Dilherriana.

1497.

Idem Pſalterium, litteris minoribus impreſſum. 4 min. Biblioth. Solg. II, num. 185.

Sub finem legitur:

Beati Brunonis pſalterium ex doctorum dictis
collectum per Anthonium Koberger impreſſum
Anno incarnate deitatis milleſimo quadringenteſimo
nonageſimo ſeptimo finit feliciter.

1499.

Pſalterium cum ap,
paratu vulgari fami
liariter appreſſo (*litteris rubris*)

Lateiniſch pſalter mit dem teutſchen.
nützlichen dabey gedruckt. (*litt. nigris*)

Sub-

Subſcriptio:

Pſalterium cum apparatu vulgari pro more barbarico translatum Auguſte impreſſum per Erhaudum (*ita*) ratdolt ibidem artis im preſſorie magiſtrum apprime famoſum finit. Anno domini. M. CCCC. XCIX.
Hie endet der pſalter mit dem teutſchen: nutzperkait der pſalm ſunderlichen: inhalt des regiſters dabey: gedrucket czu Augſpurg von maiſter Erharten ratdolt Nach criſti gepurt. M. CCCC. XCIX.

In forma quarta. Biblioth. Solg. II, num. 58.

Iſtud Pſalterium conſtat 111 foliis. Diligenter illud deſcripſit Dom. Panzer in *der ausführlichen Beſchreibung der älteſten Augſpurgiſchen Ausgaben der Bibel.* Nürnb. 1780. 4. pag. 42 ſeq.

* *

Alia praecipua Biblia latina Saeculi XVI et XVII.

Biblia latina, ex tranſlatione Santis Pagnini. Lugduni, 1528. fol. min. Solg. Cat. I. N. 50.

Biblia lat. Pariſiis ſub oliua Henr. Stephani. 1557. 3 Vol. fol. Ibid. N. 56 — 58.

Biblia lat. uulgata. cum praef. Ioh. Hentenii Louanii, 1547. fol. Solg. N. 51.

Biblia lat. uulgata, iuſſu Sixti V P. M. recognita, Antuerpiae, 1605. 4 mai. Solg. Catal. T. II, num. 9.

Biblia latina. Lutetiae, ex officina Roberti Stephani. 1545. 8 mai. Solg. T. III, N. 27.

Norimbergae, per Ioh. Petreium, 1527. 8 mai. Ibid. N. 28.

Reliquae editiones Bibliorum in tribus Voluminibus Catalogi Solgeriani adnotatae leguntur.

Alia praecipua Biblia germanica Saec. XVI et XVII.

1507. *Augſburg, bey Johann Ottmar.* Tomus ſecundus. Catal. Biblioth. Solger. n. 73.

*

Biblia e uerſione D. Martini Lutheri.

1523. *Die fünf Bücher Moſe. Wittemberg.* fol. cum figuris ligneis. Biblioth. Solger. n. 75.

1523. *Buch Joſua bis Buch Eſther.* Wittenberg. fol. n. 76.

1524. *Hiob bis Salomons hohes Lied.* Wittemb. fol. num. 77.

1524. Nürnberg, bey Friedr. Peypus. n. 74.

1534. Biblia, *das iſt, die ganze heilige Schrift, deutſch, Martin Luther. Wittenberg. Gedruckt durch Hans Lufft.* fol. 2 Vol. Exemplar ſplendidiſſimum, cum figuris a Luca Kranach inuentis et illuminatis. In frontiſpicio Voluminis primi legitur a manu Lutheri, cui Lucas Kranach iſta Biblia dono dedit: *Meinem günſtigen Herrn vnd Bruder Lazaro Spengler, der Stadt Nürnberg Syndico überſandts Martinus Luther.* Catal. Solg. I, num. 85, 86.

Adſunt etiam editiones Wittenbergenſes Annorum 1535, 1539, 1540, 1545, 1546, et 1550. in fol. Omnes e typographeo Iohannes Lufftii.

1531.

1531. *Biblia teutſch.* Zürich. fol. Catal. Solg. I, n. 84.

1534. *Biblia teutſch. Zürich, bey Chriſtophel Froſchauer.* 4. Cat. Solger. II, num. 16.

1626. Katholiſche deutſche Bibel, durch Johann Dietenberger. Cölln. fol. Cat. Solger. I, n. 112.

1670. *Biblia.* Cum praefatione Ioh. Mich. Dilherri. Nürnberg. Catal. Biblioth. Solger. I, num. 113.

Haecce Biblia appellantur *die Feg-Feuer Bibel.* Typotheta enim Romano-Catholicus uerſum 23 Epiſtolae Iudae ita mutauit: *Machet etliche mit Furcht ſeelig und rücket ſie aus dem Feg-Feuer.*

Inter alios uarioſque libros rariores Bibliothecae ueteris eminent praecipue

Confeſſio Auguſtana: *beide Deudſch vnd Lateiniſch.* Wittenberg 1531. Durch Ge. Rhau. Cum Apologia huius Confeſſionis. 4. Eſt exemplar Iohannis Sauberti, cui iſta uerba inſcripſit: *Hic uero liber ille eſt, quem cum* 100 *aureis, aut longe pluribus non permutauero.* Vid. Vogtii Catal. libror. rarior. pag. 209.

Paginas i — n Apologiae Auguſtanae Confeſſionis attextas edidit amicus noſter Dom. B. F. Hummelius in *der neuen Bibliothek von ſeltenen und ſehr ſeltenen Büchern und kleinen Schriften. V Stück,* pag. 106 ſeq.

Baſilii Besleri Hortus Eyſtettenſis, ſ. diligens et accurata omnium plantarum, florum, ſtirpium ex uariis orbis terrae partibus ſingulari ſtudio collectarum, quae in celeberrimis uiridariis arcem epiſcopalem ibidem cingentibus

 hoc

hoc tempore conſpiciuntur, delineatio et ad uiuum repraeſentatio. Noribergae, impenſis auctoris, 1613 in fol. max. IV Vol. Duobus Tomis. Magdalena Helmeria, nata Fürſtia, († 1717) hoc exemplar elegantiſſime illuminauit. *)

Aliud exemplum ſplendidiſſimum eſt in Bibliotheca Vniuerſitatis Altdorfinae.

Tabulas continet 356 ſumtibus Epiſcopi Iohannis Conradi de Gemmingen ſculptae, plantarum quidem plerarumque hortenſium, repetitis figuris, quoties colores in flore ſunt alii: intercedunt tamen etiam ſpontaneae, plerumque ad naturam ſculptae, aliaeque exſcriptae, et demum fictitiae **) et monſtroſae. Deſcriptionem et Synonyma Hieronymus Beslerus, Baſilii frater, adiecit, cum Baſilius ſermonis latini ignarus eſſet. Ludouicum Iungermannum uerum eſſe auctorem, ut et Caſp. Hofmannum adſeuerat Ioh. Iac. Baierus, in Vitis Medicorum Altdorf. pag. 81, 82. Vid. Fautoris, dum uiueret, mei, Cel. Alberti Halleri Biblioth. Botanica, T. I, pag. 413. *Neutrum,* addit, *credo, tantos errores toleraturum fuiſſe, quanti in hoc opere ſuperſunt, etſi Ludouicum utique conſtat ab Epiſcopo anno 1612 ad edendum Hortum euocatum fuiſſe.* ***)

Prodiit

*) Aliud, noſtro par, ab ea depictum emit Petrus Lambecius pro Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi. Vid. Doppelmayr *von Nürnberg. Mathematicis und Künſtlern,* pag 270.

**) Epipactis latifolia, Dentaria anguſtifolia peculiaris, Polium folio et facie Lauendulae.

***) Ludon. Iungermanni Catal. horti Altdorf. 1615. 4.

Prodiit altera editio, paucis mutatis additiſque tabularum numeris, A. 1640. fol. max. quae editio minus nitida eſt.

Adeſt quoque in Bibliotheca Baſil. Beſleri Faſciculus rariorum et adſpectu digniorum uarii generis, quae collegit et aeri incidi curauit. Norimb. 1616. in fol. tranſuerſo. Cum eiuſdem Continuatione.

Gregorii Haloandri Digeſtorum ſeu Pandectarum Libri L, editi Norimbergae, munificentia ac liberalitate ampliſſimi Ordinis ibidem. 1529. 4.

Inſtitutionum libri IV. ib. 1529. 8.

Codicis D. Iuſtiniani Libri XII. ib. apud Io. Petreium 1530. fol.

Νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως —— —— βιβλίον etc. i. e. Nouellarum Conſtitutionum D. Iuſtiniani principis, quae extant, uolumen. Norimbergae C. In Caſtro Norico, apud Io. Petreium. 1531. fol.

B. BIB-

B. BIBLIOTHECA SOLGERIANA.

Perilluſtris Senatus a Dom. Adamo Rudolpho Solgero A. 1766 emit egregiam iſtam Bibliothecam, XV Repoſitoriis digeſtam, cui haec Inſcriptio addita eſt cum effigie Reuerendi Solgeri:

Bibliotheca olim priuata, quam librorum raritate, praeſtantia, et numero conſpicuam Munificentia Senatus, curante rei litterariae Ephoro, Generoſiſſimo Georgio Friderico Poemero, a Ven. Min. Nor. Antiſtite, Reique publicae Bibliothecario, Adamo Rudolpho Solgero, aequa emtionis lege comparauit, atque in prioris poſſeſſoris memoriam Bibliothecae publicae, tamquam nouum ornamentum, ſacram eſſe uoluit.

A. R. S. MDCCLXVI.

Varia huius praeſtantiſſimae Bibliothecae Cimelia deſcripta ſunt in iſto libro:

Chriſtiani Henr. Mülleri Commentarii Itineris ſui in Heluetiam facti, qui de incunabulis artis typographicae — Norimbergae uiſis, — — de Bibliotheca Norimbergenſium publica, fuſius autem de Solgeriana — exponunt. Fridericoſtadii, 1769. 4. pag. 71 — 119.

Omnia uero exponit Catalogus:

Bibliotheca, ſiue Supellex Librorum impreſſorum, in omni genere Scientiarum maximam partem rariſſimorum, et Codicum manuſcriptorum, quos per plurimos annos collegit etc. Adamus Rudolphus Solger, Miniſterii Eccle-

ſiaſtici

ſiaſtici Norimbergenſis Antiſtes etc. Norimbergae, Pars I, 1760. II, 1761. III, 1762. 3 Vol. in 8 mai.

CODICES MANVSCRIPTI.

In Folio.

Num. 1 — 7. Biblia Hebraica. Vid. ſupra pag. 14 — 18.

8. Codex Biblicus Veteris Teſtamenti cum interpretatione ſcholaſtica et uariis hiſtoriis profanis intermixtis, lingua Belgica A. 1360, ceu ſub finem Prophetae Habacuc uidere eſt, ſcriptus, et miniatis quamplurimis calamo mirifice delineatis, auroque fulgentiſſimo ac variis coloribus ſuperbiens. Codex membranaceus uere Regius, folio maximo, corio turcico deaurato compactus, et ſequentes continens libros: 1) Librum Ioſuae, 2) Librum Iudicum, 3) Ruth, 4) Regum, 5) Tobiae, 6) Prophet. Ezechiel, 7) Daniel, 8) Habacuc, 9) Hiſtor. Regum Perſarum Darii, Cyri, Cambyſis &c. 10) Iudith, 11) Esdrae, 12) Libros hiſt. Flavii Ioſephi etc. 13) Librum Eſther, 14) Hiob, 15) Prouerbia, 16) Eccleſiaſt. 17) Cantica Canticor. Salomonis, 18) Librum Sapientiae, 19) Syrach etc. optime conſeruatus.

9. Euangelia anniuerſaria cum Epiſtolis feſtiualibus. Codex membranaceus cum figuris XLIII miniatis, uariis coloribus et auro antiquo ſplendidiſſimo et aliis ornamentis marginalibus exornatus. Sub finem ſequentia exſtant uerba: Comparatus eſt preſens liber per reuerendum in Chriſto patrem et dominum friedericum ab-

abbatem monaſterii in michelfelt, et per me Conradum franckendorffer Nurmergenſem ciuem, nitidiſſime charaѐteriſatus. Anno uirginalis partus M. CCCC. LXXXXVIII. Jn die Gregorij. Ad laudem ſummi opificis Jntemerateque uirginis marie. Amen. Codex folio mai. optime conſeruatus.

10. Euangelia anniuerſaria latino idiomate ſcripta, litteris miſſalibus, et initialibus deauratis, cum figuris XI miniatis auro antiquo et uariis coloribus fulgentibus. Codex membranaceus corio rubro deaurato compactus et optime conſeruatus.

11. Epiſtolarium. Epiſtolae anniuerſariae latino idiomate litteris miſſalibus ſcriptae. Primum folium ſuperbit figuris uariis, uariiſque coloribus et auro exornatis, nec minus literis omnibus initialibus deauratis. Codex hic membranaceus eodem modo ceu antecedens, compactus et conſeruatus. Codex iſte Saec. XV. in Gallia ſcriptus eſt.

12. Pſalterium Dauidis germanice, litteris miſſalibus et initialibus deauratis pergameno impreſſum Norimbergae apud Fried. Peyſus 1525.

Eſt prima illa per rara B. Lutheri uerſio germanica, quae ab hodierna longe diſtat. Splendidiſſimus Codex membranaceus, qui omnino manuſcriptis aequiparandus.

13. Nouum Teſtamentum eodem modo ac antecedens Pſalterium, apud Peyfus Norimbergae 1524. impreſſum. Splendidiſſimus eſt Codex membranaceus uariis praeterea figuris pictis ornatus.

14. Pre-

14. Prophetae maiores et minores Vet. Teſtamenti cum quibuſdam libris apocryphis ex uerſione LXX interpretum cum Commentario litteris rubris Graecis in margine. Codex chartaceus Graecus Saeculi XV. Orientalium more charta turcica, nitidiſſime et diligentiſſime ſcriptus et optime conſeruatus. Obtulerat illum Dom. Ioh. Sig. Moerl. Antiſtes Sebald. b. Schwarzio, et Scribam eumdem relegiſſe, ac ſubinde emendaſſe, reperit, ita ut iſte Codex antiquitate plurimis aliis, ſcriptoris autem diligentia nulli facile cedat. Conuenit in plurimis cum MS. uetuſtiſſimo Barberiniano, cuius lectiones a Romano τῶν ό editione diuerſas, exhibent Polyglotta Waltoni, et edit. LXX Interpret. Boſiana. Prophetas minores contulit Dom. Moerl cum editione LXX Grabiana, Tiguri recuſa.

15. Codex Biblicus chartaceus germanico idiomate ſcriptus Ao. 1465. continens 1) Prouerbia Salomonis 2) Cohelet Salom. 3) Canticum Sal. 4) Librum ſapientiae. 5) Librum Syrac. Praeterea Vetus et Nouum Teſtamentum lingua uetuſta franconica rhythmice ſcriptum. Cum multis figuris pictis paradoxis. Codex optime conſeruatus.

Vid. de hoc ipſo Codice Cel. Schelhornii amoenitat. litter. Tom. III. pag. 19. Initium cap. 1. Prouerbiorum ſic redditur: *Dieſs ſind konig Salomons ſprüche, Hern Davids Sone, die da gebent Kunſt, Wiſsheit vnd Lere zu verſteen die Wort der Wiſsheit vnd zu empfahende Leere Gerechtigkeit vnd Gericht vnd glicheit, daz kleynem werdt geben kundikeit vnd den groſſen wytze vnd vernunfft* etc.

16. Codex chartaceus continens 1) querimoniam Leonardi Ethicii Archi-Epiſcopi Mitelenſis ad S. Patrem, Pontif.

tif.

tif. Maximum Nicolaum V, de immani expugnatione urbis Conſtantinop. 2) librum Iosuae, 3) Iudicum, 4) Ruth, 5) continuationem ſupradictae expugnationis. Cum multis figuris coloribus pictis ridiculis.

Vide de hoc ipſiſſimo Codice germanice ſcripto Celeb. Schelhornii amoenitat. litterar. Tom. III. p. 18. ubi ſcribit: Exaratum eſt hoc Vol. 1450. Conſpiciuntur hinc inde uariae figurae lepidae et ruditatem ſaeculi ſpirantes, quibus facile et largiter augeri poſſent eruditorum uirorum diſſertationes de erroribus pictorum in hiſtoria ſacra. Phineas nimirum rudi penicillo delineatus exhibetur feretro incluſus, iuxta poſitis candelis ardentibus, aſſiſtente etiam Monacho et Vicario Epiſcopi cum aquae luſtralis aſpergillo. Alia figura Sacerdotem exprimit piaculare ſacrum pro defuncto celebrantem. Siſſera hic repraeſentatur habitu monachi ex ordine minorum ferali grabato impoſitus. *Spectatum admiſſi riſum teneatis amici.*

17. Codex manuſcriptus Biblicus chartaceus a Geneſi uſque ad Pſalmos Dauidis incluſiue. In fine ſequentia leguntur: *Gott ſey gelobt, ich Marx Pflum hab usgeſchrieben dis theil der Bybli Do man zahlt* 1483. *Jahr.* Optime conſeruatus Codex.

18. 19. Biblia Veter. et Noui Teſtamenti ex uerſione germanica Lutheri ad Exemplar Wittenbergae 1543. apud Ioh. Lufft impreſſum, deſcripta. Sub finem exſtat: Geſchrieben durch mich Andr. Reuter 1604. Meines Alters 71. Jar. Codex diſtincte ſcriptus in duobus maxime ſpiſſis Voluminibus.

20. Bi-

20. Biblia Latina Veteris et Noui Teſtamenti. Codex membranaceus nitidiſſime ſcriptus Saec. XIII, cum litteris initialibus librorum coloratis; optime conſeruatus.

Notandum, quod hic ſplendidiſſimus Codex duplici gaudeat uerſione Pſalmorum Dauidis, ueteri nimirum Latina Italica et Vulgata.

21. Pſalterium Arabico-Syrum in Monte Libano a fratribus Maronitis impreſſum. A. 1610. *Reperior. für morgenl. Litt. II Th.* p. 158 Sub finem ſcripſit quidam ſequentia: *In memoriam itineris Syriaci Pſalterium hoc Arabico Chaldaicum* (Syriacum) *excuſum in monte Libano a fratribus Maronitis comparaui ibidem locorum ab Archiepiſcopo Edenienſi*; Tob. Adami.

Liber ſane in noſtris oris albis coruis rarior, et fortaſſis unica Phoenix in Germania, ob hanc etiam cauſam omnino Manuſcriptis ob ſummam raritatem aequiparandus.

22. Teſtamentum Nouum Graece et Latine in Academia Complutenſi nouiter impreſſum. Sub finem libri apocalypſeos S. Ioannis leguntur ſequentia: *Ad perpetuam laudem et gloriam dei et domini noſtri ieſu chriſti hoc ſacroſanctum opus noui teſtamenti et libri uite grecis latiniſque characteribus nouiter impreſſum ac ſtudioſiſſime emendatum: felici fine abſolutum eſt in hac preclariſſima Complutenſi uniuerſitate: de mandato et ſumptibus Reuerendiſſimi in chriſto patris et illuſtriſſimi dni domini fratris Franciſci Ximenez de Ciſneros tituli ſancte Balbine ſancte Romane eccleſie presbyteri Cardinalis hiſpanie Archiepiſcopi toletani et Hiſpaniarum primatis ac regnorum caſtelle archicancellarij: induſtria et ſolertia honorabilis viri Arnaldi*

naldi guilielmi de Brocario artis impreſſorie magiſtri. Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimo quarto. Menſis ianuarii die decimo.

Editio noui Teſtamenti Graeci originalis, quae omnium prima typis eſt impreſſa, ſtupendae raritatis, et hinc Manuſcriptis adnumeranda. Varia notatu digna circa hanc editionem Heluonibus librorum incognitam ſunt obſeruanda. Nimirum I) dictum de tribus in caelo teſtibus I Epiſt. Iohannis Cap. V. v. 7. legitur hiſce uerbis: οτι τρεις εισιν οι μαρτυρουντες εν τω ουρανω ο πατηρ και ο λογος και το αγιον πνευμα, και οι τρεις εις το εν εισι. II.) Verba uerſiculo octauo ita audiunt: Και τρεις εισιν οι μαρτυρουντες επι της γης, το πνευμα και το υδωρ, και το αιμα. NB. ultima uerba: και οι τρεις εις το εν εισιν, deficiunt. III.) Omni caret ſpiritu atque accentu, ſed ſimplex tantum apex in Polyſyllabis dictionibus adiectus eſt. IV) Eſt Editio Graeco Latina non interlinearis, ceu arbitratur Celeb. Freytagius in analect. litter. p. 948, ſed collateralis. V) Primum occurrit Epiſtola Euſebii Pamphili ad Carpianum de concordia quatuor Euangeliorum. Sequitur Prologus Hieronymi ad Damaſum Papam et alii eiusdem Doctoris Prologi. Poſt haec ſuccedunt quatuor Euangelia Graeco ſermone cum Latina beati Hieronymi translatione ex oppoſito Deinde ſequuntur duo Graeci tractatus, alter de peregrinatione beati Pauli et Euthalii Diaconi, alter de temporibus praedicationis et martyrio eiusdem. Succedunt poſtea hypotheſes ſiue argumenta Theodoreti Doctoris Graeci eminentiſſimi, in epiſtolas beati Pauli: et in epiſtolas canonicas, et argumenta alia in easdem alterius Doctoris Graeci innominati. Poſt

haec

haec ſequuntur epiſtolae ipſae beati Pauli cum reliquis Noui Teſtamenti operibus, omnia cum interpretatione Latina Hieronymi e regione impreſſa. Deinde ſubiungitur uocabularium Graecum, continens omnes dictiones totius Noui Teſtamenti et inſuper Sapientiae et Eccleſiaſtici Graece et Latine cum breuiſſima quadam ab initio ad Graecas literas introductione. Poſtremo loco librum claudunt interpretationes omnium totius Noui Teſtamenti uocabulorum, quae tam Graecam quam Hebraicam et Chaldaicam ſortita ſunt etymologiam, ab initio Matthaei uſque ad finem Apocalypſis.

Sequuntur Codices Manuſcripti Miſcellanei varii generis, tam membranacei, quam chartacei.

In Folio.

23. Doct. *Martin Luthers Grund und Vrſach aller Artickul, ſo durch römiſche Bulle unrechtlich verdammt ſeyn.* Codex chartaceus 267 foliorum. Litterae ualde craſſae, et praegrandes; nec tamen eſt manus Lutheri.

24. *Witzeſowitzens Proceſs und Beſchluſs der Recht auch anderer Statuten, ſo in dem Löblichen Königreich Böheimb üblich und im brauch gehalten werden.* Codex nitide ſcriptus A. 1576.

25. *Schembart-Buch darinnen zu finden, wie Anno 1350 nach dem Aufflauff; welcher vmb Pfingſten von der Gemein In der Stadt Nörmberg geſchehen, vnd wie König Karell nachdem Er die Auffruhrer geſtrafft hatt die Metzicker dieweill ſye Bey dem alten Rath vnd der Statt ſo getreulich gehalten, haben*

Kön. May. jährlich mit einem Faſtnachts-Spiel in Schempart zu laufen erlaubet und mit einem Tanz befreyet hat, welches *Schempartlaufen hernach alle Jar die Geſchlechter von den Metzikern erkaufft haben, und* wie *ſye von Jahren zu Jahren in Schempart gelauffen, jn* was *Farb vnd Kleidung vnd* wie *ſye ihren Tanz gehalten haben,* wie *dann ſolches alles in dieſem Buch beſchriben vnd gemalt zu finden iſt.* Figurae ſunt 100. Codex ſpiſſus.

26. *Hiſtorie von Anfang der Welt bis auf* Carolum, *Römiſchen Kaiſer geſchrieben* wie *am Ende ſtehet* 1411. 2) *Hiſtorie von Troja;* ab eadem manu. 3) Hiſtoria Alexandri Magni, eiuſdem manus. 4) Hiſtoria trium Regum *der Heil. drey Könige.* 5) Iohannis *von* Monta villa *Ritters von Engelland Reiſsbeſchreibung in das gelobte Land,* et alia. Spiſſum Volumen.

27. *Der Stadt Nürnberg Anfang Wachsthum und Regiment, darinnen die Regierung vom erſten Grafen Albrecht in Franken,* wie *auch derer Burggrafen, Reichsſchultheiſſen und Rathsgliedern bis auf gegenwärtige Zeit beſchrieben* werden, *und aller ihre Wappen und theils Portrait ſehr koſtbar nach der Kunſt mit Gold, Silber und koſtbaren Farben gemahlt ſind.* Effigies et Inſignia ſunt 248.

28. *Eben dergleichen Hiſtorie von der Stadt Nürnberg Aufnahm und Wachsthum und Regiment. Worinn auch alle Portraits und Wappen von freyer Hand zierlich gemahlt ſind.*

29. *Nürnbergiſches Geſchlechter-Buch,* welches 83 *Uraltadeliche Geſchlechte in ſich hält, daraus der Rath von* 300 *Jahren her erwählt* worden, *mit ſo vielen in Holz geſchnittenen und*

und ſehr ſchön illuminirten Figuren und Wappen, und beygeſchriebener Hiſtorie in alten Verſen.

30. *Beſchreibung der altadelichen Geſchlechte und Familien der freyen Reichs-Stadt Nürnberg;* ſine figuris.

31. Hiſtoria Imperatorum Regni Turcici, Codex mancus, membranaceus, Latina lingua, ſub initium Saec. XVI ſcriptus. Cum multis figuris nitidiſſime pictis, et auro fulgentiſſimo ornatus. Incipit Dedicatio ita: Neſcio an hoc in loco, hiſque temporibus gratius quicquam mihi aut optatius contingere poſſet. quam eiuſmodi mihi officium occaſione dari in quo tibi praeſtantiſſimo atque eximio patri morem gerere: et pacto aliquo uoluntati obſequi tuae. meae preces erga te deuotionis. obſeruantiae. fidei documentum aliquid edere. et teſtimonium exhibere poſſem. Codex haud finitus definit in media enarratione rerum geſtarum Bajeſidis II, filii Muhammedis II.

32. *Chronica von Nürnberg, dieſer Stadt Vrſprung, Rechte, nebſt andern darin enthaltenen geheimen Begebenheiten,* uſque ad A. 1601. Valde ſpiſſum Volumen, quod prae ceteris huius metalli eſt notatu dignum.

33. *Chronica von Nürnberg fängt ſich an von 1530 biſs* 1600. Cum figuris et inſignibus uariis pictis. Spiſſum Volumen.

34. *Hie hept ſich an das buch des edlen ritters vnd landtfarers Marcho Polo. in dem er ſchreibt die groſſen wunderlichen ding diſer Welt, ſunderlichen von den groſſen Künigen und Kaiſern die da herrſchen in denſelbigen landen, vnd von ihrem Volk vnd ſeiner gewonheyt daſelbs. Augſpurg* ap. Ant. Sorg. 1481.

2) *Das Leben des Heil. S. Brandan*, manuſcript. Ao. 1488.

3) Ioh. de Mandevilla Itinerarium MS. German. Saec. XV.

4) Itinerarium Fr. Vlrici Foroiulienſis Ord. Fratr. minor. Scr. 1488. Germanice.

5) Itinerarium orientale Ioh. Schiltberger Monacenſis A. 1394. Scr. Saec. XV. Germ.

35. *Von dem zweyten Marggräfl. Krieg Albrechts (Alcibiadis)* contra *Nürnberg* A. 1552. *nebſt einigen hiſtoriſchen Beylagen.* Scr. Saec. XVI. In Catal. Solg. falſo prima Inuaſio Alberti Marggrafii 1449 legitur.

36. 37. Legenda Sanctorum ſ. Paſſional *der Heiligen.* Anno dni. 1438 Jn uigilia ſanctorum decem millium martirum finitus eſt iſte liber per me Stephanum Huttaus Tunc temporis Kathedralem in. Aug. etc. duobus ſpiſſis Voluminibus.

38 — 43. Relationes et Deductiones Ioh. Müllneri, Syndici Norimbergenſis. *Von der löbl. Reichs-Stadt Nürnberg vor Alters erlangten und ſeithero continuirlich hergebrachten auch vermehrten Rechten und Gerechtigkeiten in was Stand dieſelben heutiges Tags begriffen ſind.* Relationes XXII, cum appendice. Sex Volumina ligatura gallica. Scr. Saec. XVIII.

De his Relationibus Müllnerianis Cel. Rinckius in Catalogo Bibliothecae ſuae pag. 1037. ſequentia prodit: Ex his apparet hoc libro plenum Ius publicum Norimbergenſe contineri, quod eo magis aeſtimandum eſt, quo fide dignior Auctor habendus; munere enim Scribae publici in

in Curia Norimbergenſi functo aditus ad Secreta Archivi Senatus patebat, quo fit ut pro ſcriptore optimae notae merito cenſeatur. Vixit ille ſuperiori Seculo ac die XVI Aug. 1634. aetatis ſuae Ao. 69. ceu ad finem praefationis notatum legimus, diem obiit ſupremum.

44. Meiſterlein Chronicon ciuitatis Imperialis Norimbergae lingua Latina A. 1480 ſcriptum, capitibus 29. Adhaeret *Müllner's Ausführliche Beſchreibung der Nürnbergiſchen Land-Wehr und derſelben Aemter, ſamt ein und andern erläuternden Anmerkungen.* Scr. Saec. XVIII.

45. Valerius Maximus folio maximo, figuris uariis coloribus et auro ſuperbiens cum commentario uberrimo. Codex chartaceus, optime conſeruatus, ſcriptus Saeculo XV. Contuli uaria capita cum editione Aldina 1502. 8. (Solg. III, n. 1836) ut et cum Mediolanenſi 1475. fol. (Solg. I, n. 1042). paruaſque diſcrepantias deprehendi. Commentarius conuenit cum Fr. Dionyſii de Burgo ſancti ſepulcri, Ord. Fratrum Eremit. S. Auguſtini Declaratione Valerii Maximi.

